Nec mora. percusso mendacibus aere pennis
Arripit Iliaden: qui nunc quoque pocula miscet:
Inuitaque Ioui nectar Iunone ministrat.

¶ Hiacynthus in florem.

Cuius Phebus amans: Hiacynthi discus ad vmbras
Misit: et hunc florem fecit Apollo gemens.

¶ Te quoque Amyclide posuisset in ethere Phebus:
Tristia si spatium ponendi fata dedissent.
Qua licet eternus tamen es: quatiesque repellit
Ver hyemem: Piscique Aries succedit aquoso:
Tu toties oreris: viridique in cespite flores.
Te meus ante omnes genitor dilexit: et orbe

tur: vnde illam inferis fuisse consecratam dicunt: hoc est lachrymis et luctibus: vel quia cesa nunquam reuirescit. ¶ Dolentibus. morte propinquorum.

¶ Fabule iiii. libri decimi Argumentum.

La ct. ¶ Tale nemus etc. Ganymedes Trois filius prima forma cum ceteris Iliensibus Phrygie preferretur: et assiduus venationibus interesset/ ne infamiam virentis etatis subiret: Iuppiter versus in aquilam ex illo monte eum rapuit in celum: ministrumque fecit.

Re ph. ☞ ¶ Impulsas. percussas. Chorde autem que fides latine dicuntur/ musicorum tantummodo sunt instrumentorum. ¶ Diuersa. diuerse. Nomen enim pro aduerbio positum est. ¶ Varios modos. varios sonos: ex quibus constat harmonia. ¶ A Ioue Musa parens. Calliopem musam sibi matrem inuocat Orpheus. Ex principio autem hymni Orphei in Iouem hec sumpta esse videntur. ¶ Cedunt Iouis omnia regno. omnia inquit Iouis potentie subiiciuntur. Est autem parenthesis causam continens cur ab Ioue sit inchoandum. ¶ Plectro grauiore. sono grauiore: quali bella cantari solent. Est autem plectrum instrumentum musicum: qui Latine pecten appellatur: quo chorde percutiuntur απο του πλήττειν hoc est a percutiendo declinatum. ¶ Gigantes. Gigantomachiam hoc est gigantum pugnam. ¶ Phlegreis campis. vbi fulminibus gigantes fuere confecti. Phlegrei vero campi: et in Thracia: et in Campania: et in Thessalia esse scribuntur. ¶ Leuiore lyra. humiliori sono amoribus conuenienti. ¶ Inconcessis ignibus. nefandis amoribus. Ea autem Orpheus canit in mulierum odium: atque contemptum. ¶ Phrygii Ganyme. Troiani. Nam Ganymedes Trois Dardanorum regis fuit filius qui admiranda pulchritudine Iouem in sui amorem pellexit: a quo in aquilam mutato raptus: ac sibi mense minister adhibitus perhibetur. Quod quidem idcirco fingitur: quia Iuppiter/ aut per legionem Ganymedem rapuit: cuius insigne erat Aquila: aut nauis in qua fuit impositus pictam habuit aquilam: et Lactantius exponit. Euse

☞ bius

In medio positi caruerunt preside Delphi:
Dum deus Eurotā:immunitāq; frequentat
Sparten:nec cithare:nec sunt in honore sagitte.
Immemor ipse sui non retia ferre recusat.
Non tenuisse canes.non per iuga montis iniqui
Ire comes:longaq; alit assuetudine flammas.
Iamq; fere medius Titan venientis:⁊ acte
Noctis erat:spatioq; pari distabat vtrinq;:
Corpora veste leuant:⁊ succo pinguis oliue
Splendescunt:latiq; ineunt certamina disci.
Quem prius aerias libratum Phebus in auras
Misit:⁊ oppositas disiecit pondere nubes.
Recidit in solidam longo post tempore terram
Pondus:⁊ exhibuit iunctam cum viribus artem:
Protinus imprudens:actusq; cupidine lusus
Tollere Tenarides orbem properabat.at illum
Dura repercusso subiecit in aere tellus
In vultus Hyacinthe tuos.expalluit eque
Quam puer ipse deus:collapsosq; excipit artus:
Et modo te refouet:modo tristia vulnera siccat
Nunc animam admotis fugientē sustinet herbis.
Nil prosunt artes.erat immedicabile vulnus.
Ut si quis violas:riguoq; papauera in horto:
Liliaq; infringat fuluis herentia virgis:
Marcida demittant subito caput illa grauatum:
Nec se sustineant:spectentq; cacumine terram:
Sic vultus moriens iacet:⁊ defecta vigore
Ipsa sibi est oneri ceruix:humeroq; recumbit.
Laberis Ebalide prima fraudate iuuenta:
Phebus ait:videoq; tuum mea crimina vulnus.
Tu dolor es:facinusq; meum.mea dextera:leto
Inscribenda tuo est. ego sum tibi funeris auctor.
Que mea culpa tamen:nisi si lusisse:vocari
Culpa potest:nisi culpa potest:⁊ amasse:vocari:
Atq; vtinam pro te vitam:tecumq; liceret
Reddere:quod quoniam fatali lege tenemur:
Semper eris mecum:memoriq; herebis in ore:
Te lyra pulsa manu.te carmina nostra sonabunt.
Flosq; nouus scripto gemitus imitabere nostros.
Tempus ⁊ illud erit:quo se fortissimus heros
Addat in hunc florem:folioq; legatur eodem.
Talia dum vero memorantur Apollinis ore:
Ecce cruor:qui fusus humi signauerat herbas:
Desinit esse cruor:Tyrioq; nitentior ostro
Flos oritur:formamq; capit: quam lilia:si non
Purpureus color hic.argenteus esset in illis.
Nō sat3 hoc Phebo est(is enī fuit auctor honoris)
Ipse suos gemitus foliis inscribit:⁊ hya
Flos habet inscriptum:funestaq; littera ducta est.

Ra ph. bi⁹ ħa in Chronicis ait Ganymedē a Tantalo fuisse raptū:indeq; ortum bellū īter Troē ⁊ Tātalū. Loc⁹ aūt in quo rapt⁹ fuit ἁρπάγια vocat̃ ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν hoc est a rapiēdo:vt Strabo testat̃. Aquariū quidā Ganymedē esse dixerūt:vt scribit Higin⁹. vñ velut aquā fundēs ostēdit.⁊ a Grecis Hydrocoos appellat̃. ¶ Nisi que portat sua fulmina terre. periphrasis est aquile:que fulmina Ioui subministrare dr̃. Hoc aūt idcirco fingit̃/ ꝙ sola ex auib⁹ aquila fulmine non tangit̃. ¶ Iliadē Ily nepotē. ¶ Inuita Iunone cōtra volūtatē Iunonis:q̄ egre ferebat Ganymedē ꝑpter pulchritudinem tantopere ad Ioue amari.

¶ Fabule quinte ꝑ. libri Argumentum.

La ct. ¶ Te quoq; ⁊c. Hyacinth⁹ Amyclides dilect⁹ ab Apolline:cū per iocū in certamen disci venisset:alit⁹ tactum pōdus non pt⁹ despicere potuit:ꝙ capiti sensit iniectū. Quo eliso post obitū ei⁹ cruor:ei⁹ noie in florem inscriptū cessit.

¶ Te quoq; Amyclide:Hyacinth⁹ puer fuit formosissim⁹ ab Apolline simul ⁊ Zephyro vēro; adamat⁹. Qui cū in Apollinis amorē magis inclinaret:od zelotypiā in se Zephyrum armauit. Cū3 igit̃ se disco cum Apolline exerceret. Zephyr⁹ vehemēter flare cepit:discūq; ab Apolline in aerē ꝓiectū ita repercussit in Hyacinthū:vt ipsum interfecerit. Apollo autē ne tam formosi pueri memoria interiret:ipsum i sui nominis florez cōmutauit:in quē etiā Aiax in.xiij. scribitur fuisse ꝯmutat⁹. ¶ Amyclide. Amycle fili. amyclas enim Hyacinthi pater fuit vrbis Amyclarū conditor. Nā Amycle vrbs est Laconie Hyacinthi patria pueri adeo formosi/vt Apollo illi⁹ amore capt⁹ e celo descēdere in terram sustinuerit/quo diuti⁹ pulchritudine ipsius frui posset. Amyclas aūt interdū Amycle ꝑm primam flectit̃ declinatione:interdū Amyclātis ꝑm tertiā.

+ ¶ Neq; nos decipiat Oui. Te quoq; Amyclide posuisset in ethere Pheb⁹. Illic enim non Gentile est nomē:vt pleriq; arbitrantur:sed patronymicū. Nā3 filius Amycle fuit Hyacinthus.ex⁹ in quā Amycle ꝙ patre Daphnē puellā Phylarcus editā scribit.ex matre Diomede:vt addit interpres Mircādri. Sustulit ⁊ Amyclas Leucipū Arsinoes puelle patrē cui tenere cognomētū Coronis accessit.vt de ꝯditorib⁹ Gnidi scribēs ait aristides hec Apollini pepit Esculapiū: eiusq; dei sagittis extincta est Elati filio cui nomē Ischys erat.furtim cohesisse dephensa. Historiā refert Hesiodus ⁊ Artemon.

Ra ph. ¶ Meus geni. Apollo. nā Apollinis ⁊ Calliopes Muse filiū se esse Orphe⁹ ipse testat̃. ¶ In medio or. Delphi vrbs est Phocidis Apollinis oraculo clarissima:q̄ a geographis in medio terrarum orbe esse phibet. ¶ Eurotā. fluuius est Laconie Eurotas. ¶ Immunitā Sparten. sine muris:virtute enī non muris Lacedemoniȷ vrbem suam tutabantur.

¶ Immemor. ipse sui. sue diuinitatis. ¶ Assuetudie. ꝯsuetudine. ¶ Iamq; fere medi⁹ Titan:meridiē fuisse significat. ¶ Acte. preterite noctis. ¶ Utrinq;. ⁊ a pterita et veniente nocte. ¶ Lati disci. nam discus latus est ⁊ rotūdus lapis/ quem in aerē prisci cū quadam arte iaciētes se exercebāt. Dict⁹ est aūt discus ἀπὸ τοῦ δικεῖν:hoc est a iactādo per additionē a litere.

Re ph. ☞ ¶Recidit in solidam longo post tpe. emphasis est/qua intelligam⁹ discū longe in aerē fuisse iactū. Cito nāq; in terrā cecidisset/nisi altū iact⁹ fuisset. ¶Et exhibuit. ostendit. ¶Arte. nā ita emittebat: vt in gyrū se voluēs caderet in terrā ¶Tenarides. Tenari⁹ Hiacynth⁹ Laconi/a Tenaro Laconie promontorio ¶Subiecit. sursum iecit. ¶Et tātum ¶Erat immedicabile vulnus: causa cur nil artes p̄dessent. ¶Ut si quis violas. q̄ facile defecerit Hiacynthus pulchus similitudinibus. poeta ostendit. ¶Defecta. derelicta. ¶Laberis Ebalide apostrophe ad Hiacynthum affectus/& doloris/& querelarū plena. ¶Laberis. moreris. ¶Ebalide. patronymicum p̄ possessiuo positū est. nā Eballa vrbs est Laconie ab Ebalo cōditore appellata. ¶Quod qm̄ fatali lege tenemur: vetamur in vetustis legit exēplaribus/& recte quidē Sic nāq; aperte intelligitur/qd̄ facere p̄hibemur. Dij em̄ cū natura sint immortales/nulla rōne vitā deponere possunt. ¶Scripto. literis. nā in Hiacyntho flore αι syllaba gemitum significās bis inscripta videt. Tāetsi quidem aliter sentiētes/putātesq; hya syllabas in Hiacyntho flore esse īscriptas manifeste decipiant. ¶Fortissimus heros. Aiax Telamonius/vt in tertiodecimo poeta narrat/in Hiacynthū fuit cōuersus. ¶Foliisq; legat eodē: nā ī Hiacynthi folijs (vt dixi) p̄ma syllaba hui⁹ nois αι αι ξ inscripta videt. ¶Et hya. sic quidē fere legit: Atq; legēdū esse quidā precipiūt: sz aperte fallūtur/cū hya litere nullū gemitū pre se ferāt: αι αι vero que vox est aperte gemitus significatiua/legēdū esse facile cōtenderim: q̄uis oīa q̄ quidem mihi videre contigit exēplaria refragent. ¶Funestaq; litera. luctuose litere/quibus in funerib⁹ vtit̄ur. ¶Ducta est. scripta ē. Nam litere cū scribuntur duci p̄prie dicūtur. Hinc autē aperte etiā colligitur αι αι legēdū esse: αι nanq; est vox/qua etiamnum in funeribus et fletibus vti solemus. ¶Hiacynthia. festa in honorē Hiacynthi pueri instituta.

Nec genuisse pudet Spartē Hyacinthū/honorq;
¶Hiacynthia.
Flumina cum rideant Hiacynthia Apollo gemiscis
An fueras viuo lectior hoc iuuene?
Durat in hoc eui. celebrandaq; more priorum
Annua prelata redeunt Hiacynthia pompa.
¶Cerastae in iuuencos.
Sunt cesi quibus aduene: Cerastas
Mutauit Venus in graues iuuencos.
¶At si forte roges fecūdā Amathūta metallis/
An genuisse velit Propoetidas: annuat eque
Atq; illos. gemino quōdam quibus aspera cornu
Frons erat: vnde etiam nomen traxere Cerastae.
Ante fores horum stabat Jouis hospitis ara
Lugubris sceleris: quam si quis sanguine tinctam
Aduena vidisset. mactatos crederet illic
Lactentes vitulos/Amathusiacasq; bidentes.
Hospes erat cesus. sacris offensa nefandis:
Ipsa/suas vrbes/Ophiusiaq; arua parabat
Deserere Alma Ven⁹. sed q̄d loca grata? q̄d vrbes
Peccauere mee? quod dixit crimen in illis?
Exilio penam potius gens impia pendat:
Vel nece: vel siquid medium est: mortisq;/fugeq;.
Idq; quid esse potest. nisi verse pena figure?
Dum dubitat/quo mutet eos: ad cornua/vultum
Flexit: & admonita est: hec illis posse relinqui:
Grādiaq; in toruo s trāsformat membra iuuēcos.
¶Propetides in saxa.
Sunt lapis obscene Propetides: alma Dione
Hoc dedit vt tantum se probet esse deam.
¶Sunt tamen obscene Venerē Propoetides ause
Esse negare deam: pro qua sua numinis ira
Corpora cum forma prime vulgasse feruntur.
Utq; pudor cessit: sanguisq; induruit oris:
In rigidum paruo silicem discrimine verse.
¶Quas quia Pygmalion euuz p̄ crimina agētes
Viderat: offensus vitijs: que plurima menti
Femine natura dedit: sine coniuge celebs
Viuebat: thalamiq; diu consorte carebat.
¶Eburnea statua.
Nomina que Cypros seruat inclyta proles
Quam genuit sculptum Pygmalionis opus.
Interea niueum mira feliciter arte
Sculpsit ebur: formamq; dedit: qua femina nasci
Nulla potest: operisq; sui concepit amorem.
Virginis est vere facies: quam viuere credas/
Et si non obstet reuerentia: velle moueri.
Ars adeo latet: arte sua miratur: & haurit
Pectore Pygmalion simulati corporis ignes.
Sepe manus operi tentantes admouet: an sit
Corpus: an illud ebur: nec adhuc ebur esse fatetur.
Oscula dat: rediq; putat: loquiturq;/tenetq;/
Et credit tactis digitos insidere membris.

¶Fabule sexte decimi libri argumentum. Lectū.
¶At si forte roges fecūdā &c. Amathus oppidum in insula Cypro/cuius incole ob trita cōsuetudine humani generis soliti ara Jouis: que proxima erat Deos aduenas immolare quorum crudelitate Ven⁹ offensa/ se relinquere sedes suas cogeret in boues vertit: q̄ a magnitudine cornuū Cerastae apud salaminios sūt nominati.
Re ph. ☞ ¶At si forte roges. p̄ comparationem ostendit Orpheus pueros formosos & Dijs placuisse/& maximo ornamēto suis fuisse ciuitatibus: puellas īo cōtra & Dijs per quem displicuisse: & maximo suas vrbes dedecore affecisse. Nam Propetides quedā Venerem deam esse negare, ause non minore sunt odio ciuibus suis q̄ Cerastae quidam/qui in ara hospites immolabant/quos vt Venus in iuuencos cōuertit/ita Propetidas et sua corpora primas prostituere coegit/& in saxa cōmutauit. ¶Fecūdā Amathūta. Amathus vrbs est Cypri ere abundans: vnde et Cyprus ipsa Amathusia olim fuit vocata. est etiam vrbs Laconie. Declinatur autem Amath⁹/amathūtis: vt opus opuntis. ¶Annuat. nutu affirmet tā illas velle genuisse: q̄ eos Cerastas: qui hospites immolando maximo sibi dedecori fuerunt. Unde etiam nomen traxere Cerastae κερας: vnde Cerastae declinantur. cornu dicitur: nam in fronte duo cornua habebant: vnde & Cyprus ipsa Cerastis a quibusdam fuit appellata. ¶Jouis hospitij ξενιος a Grecis appellatur: quod hospitiis preest: vnde Vergilius. Juppiter hospitib⁹ nam te dare iura loquuntur. ¶Lugubris sceleris: luctuosi sceleris/quo hospites decepti necabant. ¶Amathusiacas bidentes. Cyprias oues. Nam Cyprus (vt dixi) Amathusia etiam fuit appellata. ¶Ophiusia arua. Cypria alludit autē poeta ad priscum illius insule nomen: Cerastis nanq; etiam cognomina fuit a gn̄e quodam serpentis/ vel q̄ mul

Et metuit:pressos veniat ne liuor in artus.
Et modo blanditias adhibet/modo grata puellis
Munera fert illi conchas:teretesq lapillos:
Et paruas volucres:et flores mille colorum:
Lilia:perpictasq pilas:et ab arbore lapsas
Heliadū lachrymas:ornat quoq vestibus artus.
Dat digitis gemmas:dat longa monilia collo.
Aure leues bacce.redimicula pectore pendent.
Cuncta decent:nec nuda minus formosa videtur.
Collocat hanc stratis concha Sydonide tinctis:
Appellatq tori sociam:acclinataq colla
Mollibus in plumis tanq̃ sensura reponit.
Festa dies Veneris tota celeberrima Cypro
Venerat:et blandis inducte cornibus/aurum
Conciderant icte niuea ceruice iuuence.
Thuraq fumabant:cum munere functus ad aras
Constitit:et timide/si dij dare cuncta potestis:
Sit coniunx opto:non ausus eburnea virgo:
Dicere Pygmalion:similis mea dixit eburne.
Sensit/vt ipsa suis aderat Venus aurea festis:
Vota quid illa velint:et amici numinis omen
Flamma ter accensa est:apicemq per aera duxit.
Ut rediit simulachra sue petit ille puelle:
Incumbensq toro dedit oscula.visa tepere est.
Admouet os iterū manibus quoq pectora tẽtat:
Tentatum mollescit ebur:positoq rigore.
Subsedit digitis:ceditq:vt Hymetia sole
Cera remollescit:tractataq pollice multas
Flectitur in facies:ipsoq fit vtilis vsu.
Dum stupet:et dubie gaudet:falliq veretur/
Rursus amãs:rursusq manu/sua vota retractat:
Corpus erat.saliunt tentate pollice vene.
Tum vero Paphius plenissima concipit heros
Verba:quibus Veneri grates agit:oraq tandem
Ore suo non falsa premit.dataq oscula virgo
Sensit:et erubuit:timidumq ad lumina/lumen
Attollens/pariter cum celo vidit amantem.
Coniugio quod fecit/adest Dea:iamq coactis
Cornibus in plenum nouies Lunaribus orbem:
Illa Paphum genuit:de quo tenet insula nomen.
Editus et ille est:qui si sine prole fuisset/
Inter felices Cinyras potuisset haberi.
Dira canam.procul hinc nate.procul este parẽtes.
Aut mea si vestras mulcebunt carmina mentes:
Desit in hac mihi parte fides.nec credite factum.
Vel si credetis:facti quoq credite penam.
Si tamen admissum sinit hoc Natura videri
Gentibus Ismariis/et nostro gratulor orbi.
Gratulor huic terre:quod abest regionibus illis:

Ra ph. ℣ In cornu:hoc est monstrū frontes habeat. Ophiusia vero serpẽtina possumus interpretari. Gens impia. Cerastarum. Fuga:q exilij. Toruos.truces/terribiles aspectu.

La cã. Fabule.vi.x.lib.argu. Sunt tñ et c. Properides filie Amathūte aspernate Venerē prime i triuio vulgauere corpora ob eiusdē Dee irā: quia pudore induruerant nouissime in lapidē sunt trãsfigurate.

Ra ph. ℣ Sunt tñ obscene. Quis inquit Cerastas in iuuencos conuerterit Venus / Propetides tñ ause sunt eam negare deã esse. Obscene.turpes. Vulgasse.pstituisse. Cessit. recessit. Pro quo.ppter quã rem Numinis ira. Veneris idignatiõe. Sanguisq indurui oris:ita durus est factus:vt nihil erubescerent. Paruo discrimine.parua differẽtia. Lapidee nãq statue videbant Propedtib⁹ similes. Verse fuerãt subaudiat

La cã. Fabule octaue decimi libri argumentum. Quas quia Pygmalion euum per crimina agentes et c. Pygmalion offensus ipudẽtia vulgari Propetidū statuit celebs pmanere.Qui cū signū ṽginale ex ebore fecisset:capt⁹ specie ei⁹ in vecordem incidit amore:et cū tota mẽte ẽsiuit a Deo vt ei⁹ signo/cui⁹ amorē exarsisset:animã infunderet/vt egressus templo domū puenire:cõperit voto se esse donatū coniugij.Itaq letat⁹ arte sua Paphū filiū genuit:q̃ insula Cypro oppidum sui nominis consuluit.

Ra ph. ℣ Quas quia Pygmalion euū. Pygmalion q̃dã flagitijs Propetidū offensus vitã celibē exigere decreuit: sz ex ebore ṽginis simulachrū adeo fabre effinxit /vt perinde atq si viua esset illi⁹ amore caperet.Quare Venerē orauit. vt sibi talē cõcederet vxorē.Venus aũt plusq̃ petebatur/effecit . Nã illi quã in lecto Pygmalion collocauerat/animã īspirauit/nubilẽq etatē donauit:ex insperata igit Pygmaliõ voti cõpos fact⁹ ex ea Paphū sustulit/a quo et insula/et vrbs Paphos fuit appellata. Sine cõiuge celebs.alterū ex altero pendet. Qui enim vxore caret celebs

celebs viuit:qui celibem ducit vitã vxorē nõ habet. Celebs autē dicitur quasi celestē vitã agens. Thalami ɔsorte. vxore. Qua femina nasci Nulla põt. pulcherrimã fuisse illã statuã intelligimus / vt q̃ nea natura quidem posset superari. Et si non obstet reuerentia:acute elegãterq hoc dictum est. Naz virgines bene educate pre pudore in virorū conspectu vix audent se mouere. Ea igit statua nõ q eburnea esset:sed pudore quodaz virginibus insito immobilis videbat . Ars adeo latet.vt viua videretur/nõ ex ebore confecta. Arte sua mirat.statuaz subaudiam⁹. Simulati corpis in-similitudinē virginis effecti. Nec adhuc ebur esse fatet.Quis tangat statuã/eburneãq esse sentiat/sibi tamē eburneã esse persuadere nõ potest/ adeo viua videbat. Insidere . inherere/infigi ac subsidere/sic vt mẽbra digitis cederẽt. Et metuit pressos veniat ne liuor in art⁹:et timet inqt ne mẽbra manu pressa liuorē et nigra q̃dã signa ɔcipiãt . Liuor aũt est illud signū subnigrū qd in corpe pcusso videri solet:cui qm inuidorum color similis est/liuor pro inuidia sepenumero ponitur . Helladum lachrymas.sucrina/q̃ e populis in quas sorores Phaethõtis ɔuersas fuisse narrauit poeta defluere dicuntur. Bacce.vniones Cõcha Sydonide . purpura Tyria . Tota Cypro.p totam Cyprū.Veneri nanq dicata est Cypr⁹ insula Cilicie/ Syrieq obiecta/ quondã nouem regnorum sedes/varijs q̃dē noib⁹ appellata.nã et Atamãtida et Cerastinet Alpeliã et Amathusam et Macarã et Cryptõ et Coltniã plini⁹ scribit fuisse appellatam . Cyprus aũt dicta est a Cypro Cinyre filia/vel a Cypero flore/vel (vt Astynomus scribit) q pri⁹ Cryptos appellata fuit/eo qd sepenumero a mari fuit occultata:deinde ī lrã abiecta Cypros vocata. Blãdis cornib⁹.nõ īfestis/sz mitib⁹. Cornua aũt victimarum inaurari solebãt. Munere.sacrificio. Ad aras. apud altaria. Ven⁹ aurea.pulchra.

℣ Et

Ra phy ¶ Et amici numi. omẽ flãma ter accẽsa est: ordo est: ⁊ flamma ter accẽsa est. ordo est: ⁊ flãma ter accẽsa est omen amici: ⁊ ppitij numinis. ¶ Apicẽ. scintillaz. ¶ Subsi. cedit. ¶ Ut Hymetia cera. Hymet⁹ Attice mõs est optimi mellis fertilissim⁹. ¶ Corp⁹ erat. ppie dixit, nã corpus viuuz pprie vocat: caro sũt mortuas: vt que a cadẽdo sit dicta. ¶ Saliunt. mouentur. ¶ Paphi⁹ heros. Cyprius Pygmalion. ¶ Uerba plenissima. copiosissima: ornatissima. ¶ Ora nõ falsa. veram faciẽ. ¶ De quo tenet insula nomẽ. nam Cyprus dicta est etiam Paphos a Papho Pygmalionis filio.

¶ Fabule .ix. libri argumentum.

La c. ¶ Edit⁹ ⁊c. Myrrha Cynire cẽchreidis filia iracũdia Ueneris: q mater ei⁹ pferretur dee: patrẽ impio dilexit amore: nec viaz potẽdi inueniẽs cogit suspendiuz experiri. Cui⁹ nutrix intra cubile gemẽtis excepit vocem: ⁊ signis cognitis nefarie mortis dum diligẽtius scrutat: causam poscit. Cõfusa ergo puella ei pollicetur se effecturã: vt parẽti sine vlla infamia iũgat: cuius illa oratione in promissum ips differt. At an⁹ dle solẽnt Cereris: quo mater ei⁹ opata a viro secubabat alsinam: noctu deduxit ad inyrã pdicãs forma ei⁹ impulsam sibi se credidisse: q data cupiditate lumen inferri iussit: vt speciez eius notã haberet: cognitusqz filie pater stuprator: coact⁹ ẽ pudore ferro stricto eã insequi que duplici metu; territa in insulam pfugit: ibiqz misericordia eiusdẽ dee in arborẽ. que eius nomẽ indicaret: mutata est.

Ra ph. ¶ Editus ⁊c. Cinyras Pygmalionis, fili⁹ Myrrhã genuit: q̃ nefando pris amore capta nutricis opera cũ eo inscia ꝯcubuit: Adonemqz ꝯcepit: qd cum rescivisset pater: stricto ense filiã psequi cepit: illa ꝓo fugiẽs in Arabiã vsqz peruenit. vbi longo errore fessa deoꝝ miseratiõe in arborẽ sui nominis fuit mutata. ¶ Inter felices. nam Cypriorum rex fuit in primis potens. ¶ Aut mea si vestras. aut inqt si mea carmina vos delectabũt / nolite credere ea fuisse facta que hoc loco scribent. de Myr

Que tantum genuere nefas. sit diues Amomo/
Cinnamaqz: Costumqz suum: sudataqz ligno
Thura ferat floresqz alios Panchaica tellus:
Dum ferat ⁊ Myrrham. tanti noua nõ fuit arbor.
Ipse negat necuisse tibi sua tella Cupido
Myrra: facesqz suas a crimine vindicat isto.
Stipite te Stygio: tumidisqz afflauit Echidnis
E trinus vna soror. scelus est odisse parentem.
Hic amor est odio: maius scelus. vndiqz lecti
Te cupiunt proceres: totqz oriente iuuentus
Ad thalami certamen adest. ex omnibus vnum
Elige Myrrã virum: est non sit ex omnibus vnus.
Illa quidem sentit: fedoqz repunat amori:
Et secum. quo mente fero: quid molior inquit?
Dij precor: ⁊ pietatis: sacrasqz iura parentum:
Hoc prohibete nefas: scelerisqz resistite nostro:
Si tamen hoc scelsus est. sed enim dãnare negat
Hanc Venerem pietas: coeuntqz animalia nullo
Cetero delicto: nec habetur turpe iuuence
Ferre patrem tergo. fit equo sua filia coniunx.
Quasqz creauit: init pecudes caper: ipsaqz cuius
Semine concepta est: ex illo concepit ales.
Felices quibus ista licẽt. humana malignas
Cura dedit leges: ⁊ quod Natarã remittit.
Inuida iura negant. gentes tamen esse feruntur:
In quibus ⁊ nato genitrix: ⁊ nata parenti
Iungitur: ⁊ pietas geminato crescit amore.
Me miseram: q non nasci mihi contigit illic:
Fortunaqz loci ledor. quid in ista reuoluor?
Spe interdicte discedite. dignus amari
Ille: sed vt pater est. ergo si filia magni
Non essem Cinyre: Cinyre concumbere possem.
Nunc qa iã meus est: non est meus. ipsaqz damno
Est mihi proximitas. aliena potentior essem.
Ire, libet procul hinc: patrieqz relinquere fines:
Dũ scelus effugiam. retinet malus ardor amantẽ
Ut presens spectẽ, Cinyram: tangamqz. loquarqz
Osculaqz admoueam: si nil conceditur vltra.
Ultra autem sperare aliquid potes impia virgo?
Et quod confundas: ⁊ iura: ⁊ nomina sentis?
Tu ne eris: ⁊ matris pellex: ⁊ adultera patris?
Tu ne soror nati? genitrixqz vocabere fratris?
Nec metues sacro crinitas angue sorores?
Quas facibus seuis oculos: atqz ora: petentes
Noxia corda vident? at tu dum corpore non es
Passa nefas: animo ne concipe: ne ve potentis
Concubitu vetito Nature pollue fedus.

Myrra Cinyre filia. ¶ Si tñ admissuz. bene dubitat Orphe⁹ an tm sceleris ue re cõmissuz. Nã cõtra naturã esse videt / vt liberi parẽtes flagitiose ac vsqz ad coitũ amẽt. ¶ Gentib⁹ Ismaryis. Tracis. ¶ Nostro orbi. Thracie. Nã Orphe⁹ Trax fuit. ¶ Abest. remora est. ¶ Sit diues amomo. amomũ herba ẽ suauissimi odoris / non in Arabia modo: sz in Põto / Armeniaqz nascẽs / vt Pli⁹ scribit. ¶ Cinnamaqz. Cinnamũ herba est medica / q̃ Arabia foitx ꝯmendat. ¶ Costũqz suũ. cost⁹ frutex est grati odoris in Arabia nascẽs. ¶ Sudata thura. p sudorẽ quodaz modo emissa. Thurifera aũt regio ẽ Sabea. ¶ Pãchaica tellus. Panchea regio apud Sabeos / in qua thurifere arbores nascũt. vñ Vergi.. Totaqz Thuriferis Pãchaia pinguis arenis. ¶ Tãti noua nõ fuit arbor. vt pr̃ cũ filia coire ꝺbuerit. ¶ Uindicat. liberat. ¶ E trib⁹ vna soror. vna ex furijs. Tisiphone / Alectone / aut Megera. ¶ Undiqz lecti pceres. electi principes. ¶ Ad thalami certamẽ. ad nuptias tuas certatim petendas aduenit. ¶ Dũ nõ sit ex oibus vn⁹. hoc est vno pr̃e excepto / quẽuis ex oib⁹ elige. ¶ Si tñ hoc scelus est. Mirrha amore victa dubitabat an sit nefas cum patre coire. ¶ Init pecudes. cũ pecudib⁹ coit. Nã inire cũ accu satiuo iũctum aial significãte coire significat ¶ Felices quibus ista licẽt ex nimio ardore ista puenit exclamatio: qua Myrra ⁊ brutorũ vitã cõmendat / ⁊ ciuilẽ detestat vt difficilẽ ⁊ duraz. ¶ Inuida iura. que hũano generi inuidere videt: ne in ijs que a natura permittunt / frui possit. ¶ Negant. prohibẽt. ¶ Gentes tamen esse feruntur. hi sũt Troglodyte. variqz Ethiopum nationes / qui vxores habent communes / ⁊ brutorum more viuunt. ¶ Spes iterdi. legib⁹ phibite. ¶ Remitti: pmittit.

Raph. N. Cinyre cōcumbere possem. cū Cinyra. Greca enim loquendi est figura. Nūc quia iā meus est. pater. Non est me⁹. non pōt esse me⁹ marit⁹. Est mihi primitas ꝯsanguinitas ipsa mihi obest. Malus ardor. turpis amor. Amātem me subaudiamus. Si nihil ꝯcedit vltra. coitū innuit. hoc est si mihi cum eo cōcūbere non licet. q̄ est vltims amoris linea. Ultra aūt. seipsam increpat Myrrha: q̄ coire cum patre affectat: quo q̄dem modo et iura ꝯsanguinitatis: et noīa ꝯfunderēt. Nam filia id qđ est nefandissimū: et matris pellex esset/ et adultera patris. Esset p̄terea filiorū et soror et mater: qđ penit⁹ ꝯsanguinitatis nomina cōfundit. Sacto angue. erectis anguibus/et viperis. Crinitas sorores. Eumenidas furias. Se aūt ipsā Myrrha rep̄hendit: q̄uis ab alio increpari videat. Uelle puta. tu subintelligam⁹/non patrē: vt q̄dam. Res ipsa. rei turpitudo. Memor moris. iuris et honesti. Similis furor esset in illo. vt qđ iura velint obliuisceret. Noīb⁹ dictis. expositis pro corū noibus. Tepido rore. tepidis lachrymis. Hec credēs. signa subaudiamus. Datis. osculis. Cōsulta. interrogata. Nō intellectā vocē. figurā. q̄ Myrrha se patris amore captā innuerat patri cr̄dēs se illi maritū similē habere velle. Demisit vult⁹. demisit oculos in terrā. Carpit. cruciat. Igne indomito. amore quē domare/ ac vincere nō poterat. Furiosa vota retractat. furiosam cupiditatē cum patre coeūdi resumit: et aio reuoluit. Elegāter aūt vt omnia poeta exp̄mit puelle amore ardētis cogitationes atq; affect⁹. Saucia. pculsa securibus. Trabs ingens. maxima arbor. Hac aūt similitudine ostēdit poeta quanta in ambiguitate foret anim⁹ Myrrhe collocat⁹. Ubi plaga nouissima. q̄n vltim⁹ ictus restat. Quo cadat: in quā partem cadat. anteriorē an posteriorē: dextrā an sinistrā. Uario vulnere. vario affectu. Utroq;. in vtranq; partē. Nec mod⁹. finis/ ac termin⁹. Destinat. deliberat.

Velle puta. res ipsa vetat. pius ille memorq;
Moris: et o vellem similis furor esset in illo.
Dixerat. at Cinyras quem copia digna procorum
Quid faciat dubitare facit: scitatur ab ipsa
Nominibus dictis: cuius velit esse mariti.
Illa silet primo: patriisq; in vultibus herens
Estuat: et tepido suffundit lumina rore.
Virginei Cinyras hec credens esse timoris
Flere vetat: siccatq; genas: atq; oscula iungit.
Myrrha datis nimium gaudet: cōsultaq; qualem
Optet habere virum: similem tibi dixit. at ille
Non intellectam vocem collaudat: et esto
Tam pia semper/ait. pietatis nomine dicto:
Demisit vultus: sceleris sibi conscia virgo.
Noctis erat medium: curasq; et corpora somnus
Solverat: at virgo Cinyreia pervigil igne
Carpitur indomito: furiosaq; vota retractat.
Et modo desperat. modo vult tentare: pudetq;
Et cupit: et quid agat non invenit. utq; securi
Saucia trabs ingens: ubi plaga novissima restat:
Quo cadat in dubio est: omniq; a parte timetur:
Sic animus vario labefactus vulnere nutat
Huc levis: atq; illuc: momentaq; sumit utroq;
Nec mod⁹: et requies: nisi mors reperitur amoris.
Mors placet. erigitur: laqueoq; innectere fauces
Destinat: et zona summo de poste revincta
Chare vale Cinyra: causamq; intellige mortis.
Dixit: et aptabat pallenti vincula collo.
Murmura verborum fidas nutricis ad aures
Pervenisse ferunt limen servantis alumne.
Surgit anus: reseratq; fores: mortisq; parate
Instrumenta videns: spacio conclamat eodem:
Seq; ferit: scinditq; sinus: ereptaq; collo
Vincula dilaniat. tum deniq; flere vacavit:
Tū dare complexus: laqueiq; requirere causam.
Muta silet virgo: terramq; immota tuetur:
Et deprensa dolet tarde conamina mortis.
Instat anus: canosq; suos: et inania nudans
Ubera per cunas: alimentaq; prima precatur:
Ut sibi committat: quicquid dolet: illa rogantem
Aversata gemit. certa est exquirere nutrix.
Nec solam spondere fidem. dic inquit: opemq;
Me sine ferre tibi. non est mea pigra senectus.
Seu furor est: habeo quod carmine sanet et herbis.
Sive aliquis nocuit: magico lustrabere ritu.
Ira deum sive est: sacris placabilis ira.
Quid rear ulterius: certe fortuna domusq;
Sospes ab incursu est: vivit genitrixq; paterq;.
Myrrha patre audito: suspiria duxit ab imo

liberat. Zona. cingula. De summo poste. de sūmitate hostij. Reuincta. religata. Chare vale Cinyra. amatorie Myrrha Cinyrā nomine ꝓprio appellat. Patris em̄ nomē odio habebat: vt quod sibi esse impedimento putabat/ne optato ꝯcubitu potireturt. Pallenti collo. hypallage est. ipsa enim Myrrha pallescēs intelligit. Seruātis. custodiētis. Reserat. aperit. Scinditq; sinus. vestiū subaudiat. Id aūt in magnis dolorib⁹ fieri ꝯsueuit. Tum deniq; flere vacauit. hoc est postea quā vincula dilaniauit: tum tandē flendi tempus habuit nutrix. Muta silet virgo. tacite muta. Tuetur. aspicit id qđ indignantes: dolētesq; facere solēt. Et dep̄ēsa dolet tarde conamina mortis. hoc est Myrrha dolet conat⁹ mortis a nutrice dep̄hēsos fuisse et itellectos. Proprie aūt min⁹ honesta dep̄hēdi dicunt. Ut sibi cōmittat. vt sibi reuelet. Auersata. aspnata cum quadā vultus auersione. Nec solā spondere fidem. nec solam fidem pmittere: sed etiam opē et auxiliū. Me sine. me permitte. Seu furor est. insanus amor. Siue aliquis nocuit. carminib⁹: et incātationib⁹. Lustrabere. purgaberis. Propositiq; tenax. in pposito p̄seuerās anus. Ut ipsi sibi in soluta diceret oratione. Furibūda. furenti similis. Uirginis aūt amantis decorū pulchre seruat poeta. Solēt enim quo vehemētius quid appetunt virgines amore captę: eo magis dissimulare. Instāti. nutrici subaudiatur. Et indicium laquei. hoc est minatur se indicaturā patri. q̄ se suspēdere voluerit Myrrha. Et officiū spondet. auxiliū pmittit. Obortis. subito natis. Et o dixit felicē coniuge matrē. figurata oratione vtit̄ Myrrha: quo honesti⁹ amorē suum in patrem nutrici ꝯfiteatur. Est aūt emphasis: cū ex aliquo dicto latēs aliqđ eruit̄: vt apud Uergi. Non licuit thalami expertē sine crimine vitā Degere more fere. Quā q̄ em̄ (vt scrib. Quintil.) de matrimonio q̄ritur Dido: tn̄ huc erupit eius affect⁹: vt sine thalamis vitā hoīz

Pectore.nec nutrix etiam nunc concipit vllum
Mente nefas.aliquemqꝫ tamē presentit amorem.
Propositiqꝫ tenax:quodcunqꝫ est orat:vt ipsi
Indicet:⁊ gremio lachrymantem tollit anili.
Atqꝫ ita complectens infirmis membra lacertis:
Sēsim⁹(inqt)amas:⁊ in hoc mea(pone timorē)
Sedulitas erit apta tibi.nec sentiet vnquam
Hoc pater.exiliit gremio furibunda:torumqꝫ
Ore premens:discede precor:miseroqꝫ pudori
Parce ait:instanti discede:aut desinet dixit
Querere quid doleā.scelus est:qꝺ scire laboras.
Horret anus:tremulasqꝫ manus/annisqꝫ/metuqꝫ:
Tendit/⁊ ante pedes supplex procumbit alumne.
Et modo blanditur:modo si non conscia fiat:
Terret:⁊ indicium laquei/cepteqꝫ minatur
Mortis:⁊ officium commisso spondet amori.
Extulit illa caput:lachrymisqꝫ impleuit obortis
Pectora nutricis;conataqꝫ sepe fateri:
Sepe tenet vocem:pudibundaqꝫ vestibus ora
Texit:⁊ o/dixit felicem coniuge matrem.
Hactenus:⁊ gemuit:gelidos nutricis in artus/
Ossaqꝫ(sensit enim)penetrat tremor.albaqꝫ toto
Uertice canicies rigidis stetit hirta capillis.
Multaqꝫ vt excuteret diros:si posset/amores/
Addidit.at virgo scit se non falsa moneri
Certa mori tamen est:si non potiatur amore.
Uiue ait hec.potiere tuo.non ausa parente
Dicere/conticuit:promissaqꝫ numine firmat.
Festa pie Cereris celebrabant annua matres/
Illa/quibus niuea velate corpora veste
Primitias frugum dant spicea serta suarum.
Perqꝫ nouem noctes Uenerem/tactusqꝫ viriles
In vetitis numerant.turba Cinyreis in illa
Regis adest coniunx: arcanaqꝫ sacra frequentat.
Ergo legitima vacuus dum coniuge lectus:
Nacta grauem vino Cinyram male sedula nutrix
Nomine mentito veros exponit amores:
Et faciem laudat.quesitis virginis annis:
Par ait est Myrrhe:quā postꝙ̄ adducere iussa est
Utqꝫ domum rediit:gaude mea dixit alumna.
Uicimus:infelix non toto pectore sensit
Letitiam virgo:presagaqꝫ pectora merent.
Sed tamen ⁊ gaudet.tanta est discordia mentis.
Tempus erat/quo cuncta silent:interqꝫ Triones
Flexerat obliquo plaustrum temone Bootes.
Ad facinus venit illa suum.fugit aurea celo
Luna.tegunt nigre latitantis sydera nubes.
Nox caret igne suo.primus tegis Icare vultus:
Erigoneqꝫ pio sacrata parentis amore.

Raph. Ut non putet:sed sciat. Hac ꝯ figura ea significare solem⁹:que si aperte dicerentꝫ minus decerēt:turpiaqꝫ viderentꝫ. ¶Hactenus.locuta est subintelligitur. ¶Et gemuit.gemitū ⁊ suspiriū emisit. ¶Sensit enim.hoc est cognouit nefandū Myrrhe amorē. Est aūt parēthesis causam significans. ¶Stetit hirta.erecta est. ¶Addidit.dixit ¶Excuteret.expelleret:ex alo eiiceret. ¶Diros amores tetros ac turpes.

¶Scit se non falsa moneri.hoc est cognoscit ea que a nutrice dicuntꝫ esse vera. ¶Potiere tuo.hic est distinguendū.nam nutrix nō est ausa dicere parente:impedita pudore. ¶Numine.iureiurādo. ¶Festa pie cereris.thesmophoria a grecis sacra Cereris appellātur:que quidē tāta castitate per decem dies(vt scribit Diodorus) celebrabantur quāta inuenti frumēti donū postulabat. Sacra aūt Cereris cum Proserpine sacrificiis ꝯfudisse videtur poeta.Cereri nāqꝫ sacrificabāt priscis:decēqꝫ dies festos agebāt:cū semen in terrā iactabatꝫ.quib⁹ quidem dieb⁹ cōuiciis inuicē vti ꝯsueuere:vti dee dolor ex filie raptu ꝯceptus:risu ac verboꝝ scurrilitate mitigaretꝫ. Proserpine vero messis tpe sacra faciebant.quo quidē tpe coronas spiceas ex frugū pmitiis dee dicabāt ¶Uelate corpora.velata corpora habētes et tecta. ¶Niuea veste.cādida quali in sacris Cereris vtebantꝫ matrone ad significandā animi puritatem. ¶In vetitis.inter vetita:ac legib⁹ ꝓhibita. ¶Male sedula.ad malum strenua. ¶Quesitis annis:a Cinyra. ¶Par ait est Myrrhe.equalis ⁊ tot annos:quot Myrrha est nata. ¶Uicimus obtinuim⁹ id qꝺ īstāter optas. ¶Presaga pectora.malorū subaudiatꝫ. ¶Tāta est discordia mentis vt simul ⁊ gauderet et mereret Myrrha. Est aūt ꝯclamatio in Myrrhe: leuitatē. ¶Tempus erat.in tēpestā noctē describit ac mediā:que qꝫ cūcta silēt/conticiniū vocatꝫ. ¶Inter Triones stelle sunt ad polum arcticū Triones:qui a numero septētriones vocantꝫ.Sane Triones prisca lingua boues aratoriꝫ dicuntur:quasi teriones:hoc est arāde:verrendeqꝫ terre idonei. Efficiūt aūt sydus plaustro simile:qꝺ Greci αμαξαν:latini septētriones vocat. ¶Bootes.syd⁹ est Bootes:qui ⁊ Arctophilax appellatꝫ. ¶Aurea luna pulchra ⁊ nitida. ¶Sydera latitātia.ne tm̄ scel⁹ aspicerēt. ¶Igne suo.propriis syderum luminibus. ¶Prim⁹ tegis Icare vultus.ne tm̄ scel⁹ aspiceres. Icari aūt Erigonesqꝫ filie historia fuit nobis exposita.nam Erigone in Icarū patrē adeo pia fuit.vt cū eum a rusticio interemptū cōperisset:mori oīno decreuerit:sed miseratione deorum ambo iter sydera fuere collocati.

Ter pedis offensi signo est reuocata. ter omen
Funereus Bubo letali carmine fecit.
It tamē: et tenebre minuunt: noxq; atra pudorē.
Nutricisq; manum leua tenet: altera motu
Cecum iter explorat. thalami iam limina tangit.
Iamq; fores aperit. iam ducitur intus. at illi
Poplite succiduo genua intremuere: fugitq;
Et color: et sanguis: animusq; reliquit euntem.
Quoq; suo ppior sceleri est: magis horret: et ausi
Penitet: et vellet non cognita posse reuerti.
Contantem longeua manu deducit: et alto
Admotam lecto cum traderet: accipe dixit.
Ista tua est Cinyra: deuotaq; pectora iunxit.
Accipit obsceno genitor sua viscera lecto:
Virgineosq; metus leuat: hortaturq; timentum.
Forsitan etatis quoq; nomine/filia dixit.
Dixit: et illa: pater: sceleri ne nomina desint.
Plena patris thalamis excedit: et impia diro
Semina fert vtero: conceptaq; crimina portat.
Postera nox facinus geminat. nec finis in illa est.
Cū tādem Cinyras auidus cognoscere amantē
Post tot concubitus: illato lumine vidit:
Et scelus: et natam: verbisq; dolore retentis
Pendenti nitidum vagina deripit ensem.
Mirrha fugit: tenebrisq; et cece munere noctis
Intercepta neci est: latosq; vagata per agros
Palmiferos Arabas: Pancheaq; rura reliquit:
Perq; nouem errauit redeuntis cornua Lune:
Cum tandem terra requieuit fessa Sabea:
Vixq; vteri portabat onus. tum nescia voti:
Atq; inter: mortisq; metus: et tedia vite:
Est tales complexa preces. O si qua patetis
Numina confessis: merui. nec triste recuso
Supplicium. sed ne violem: viuosq; superstes:
Mortuaq; extinctos: ambobus pellite regnis.
Mutateq; mihi: vitamq;: necemq; negate.
Numen confessis aliquod patet. vltima certe
Vota suos habuere Deos. nam crura loquentis
Terra superuenit: ruptosq; obliqua per vngues
Porrigitur radix: longi firmamina trunci:
Ossaq; robur agunt: mediaq; manente medulla
Sanguis it in succos. in magnos brachia ramos.
In paruos digiti. duratur cortice: pellis.
Iamq; grauem crescens: vterū precinxerat arbor:
Pectoraq; obruerat: collumq; operire parabat.
Non tulit illa moram: venientiq; obuia ligno
Subsedit: mersitq; suos in cortice vultus.
Que quanq̄ amisit veteres cū corpore sensus:

Ra ph. ☞ ¶ Ter pedis offēsi. ter enī cū ad cubiculū prīs duceret: pedes offendit: id qđ eā a tāto scelere reuocare videbat. ¶ Funere⁹ bubo. funest⁹. Est aūt auis pessimi ominis. ¶ Cecum iter. obscuri. Morē aūt exprimit in tenebris ābulātiū. ¶ Iā ducit int⁹. aduerbiū loci p aduerbio ad locū ē positū. Intro enī duci qs dr. ¶ Poplite succiduo. q̄ cadēti similis erat. Elegāter autē exprimit gestū timide virginis aliqđ scelerū aggressure. ¶ Magis horret. vaildi⁹ timet. ¶ Lōgeua nutrix. vetula. ¶ Deuota pectora. detestata: execrata. ¶ Sua viscera. suā filiam: quam ex suis visceribꝰ genuerat. ¶ Etatis noīe. rōne etatis. Nā Cinyras senex erat. ¶ Me noīa. pia et omi veneratione digna subaudiat. ¶ Plena prīs. semine subaudiat: hoc est grauida ex patre facta. ¶ Auidus cognoscere. cupid⁹ cognoscēdi. ¶ Deripit. extrahit. ¶ Intercepta. erepta. ¶ Palmiferos Arabas. apud quos multe palme nascūt. ¶ Pāchea rura. Arabica. Est eī Pāchaia regio Arabie felicis. ¶ Per nouē cornua. per nouem menses. ¶ Terra sabea. Sabei populi sūt Arabie felicis: apd q̄s thus mirrhaq; abunde nascunt. ¶ Nescia voti. qđ euperet ignara. ¶ Est tales cōplexa p̄ces. apphēdit tales p̄ces. ¶ Patetis. ɔfessis: hoc est si exauditis ɔfitētes sua crimina. ¶ Ambob⁹ regnis. et viuorū et mortuorū. ¶ Mutate mihi. transformate. Optat enī vt in aliā trāsmutet figurā sic: vt neq; viuat: neq; moriat. ¶ Vltima vota. vltime preces. ¶ Suos deos. propitios. ¶ Porrigit. ptēdit: plōgatur. ¶ Firmamina. firmamēta atq; fūdamēta. ¶ Ossaq; robur agūt hoc est ossa lignū efficiunt: i lignūq; crassius ɔuertuntur. ¶ In paruos digiti. eunt subaudiat. Est enī prozeugma. ¶ Durat corti. pellis. hoc est pellis in durū corticem cōmutat. ¶ Grauē vterū. grauidū. Nōdū enī pepe rat. ¶ Obruerat. texerat: operuerat. ¶ Non tulit illa morā. hoc est nō potuit expectare: vt cortex collū: caputq; operiret: sed crescēti cortice caput sūmitatē occurrit: faciēq; occultauit. ¶ Cum corpore. cū carne. ¶ Ve-

¶ Veniē. ligno. succrescēti. ¶ Sub. submisit se. ¶ Flet tn̄. hoc ad naturā arboris Myrrhe refert: spōte nāq; sudat. vt scri. Pli. etiā anq̄ incidat: gutte aūt ille q̄ ex arbore cadūt: Stacte vocātur: q̄ in oī Myrrhe genere obtinent p̄ncipatū. Multa āo sūt Myrrhe genera: de qb⁹ copiose Plini⁹ scribit. ¶ Est honor et lachr. p̄tiū.

¶ Fabule decime. xj. libri Argumentū.

¶ At male et c. Ex Myrrhe et Cinyre icesto ɔcubitu ob irā Veneris ɔcept⁹ est infans: versa enī Myrrha in arborē sui nois nascit: quē Adonē cognoiam⁹: quē nō minus Ven⁹ dilexit: q̄ illa patrē Cinyrā dilexerat beneficio Cupidinis. La ct.

☞ ¶ At male ɔce. Adōis ex icesto prīs: ac filie coit⁹ nat⁹: in tātā creuit pulchritu nē: vt ei⁹ amore Ven⁹ capet q̄ cū vt diuti⁹ eē posset: vna cū illo vēatiōib⁹ īdulgebat p̄cepitq; fuga cū aīalū: ferasaūt natura armatas vitabat: Adoniq; vt sibi ab illis caueret admonebat: Ille āo gīe suauitate mot⁹ aprū excipere ausus ab eo fuit intercept⁹. Qđ cū Ven⁹ resciuisset: i purpureū florē illū ɔmutauit. ¶ At male. scelerate. ¶ Exereret egereret. ¶ Tēdit. extēdit: ac distētā reddit. ¶ Humet. madefacit. ¶ Verba puerpera. hoc est puerperio p̄futura. ¶ Arb. agit rimas. scindit atq; aperit. ¶ Onus vi pueruq; viuū. ¶ Lachrymis parētis. periphrasis est myrrhe: q̄ ab arbore stillat guttatimq; cadit vt lachrymare videat. ¶ Liuor q̄z. inuidia. Eximia aūt marie est facies: q̄ ab inuidia q̄q; laudat. ¶ Amorū Cupidinū: q̄ nudi cū pharetrā pingunt. ¶ Mris ignes. amores: furoresq; Myrrhe matris. ¶ Nāq; phare. Cupido pharetra ornat⁹. ¶ Insci⁹. inuit⁹. ¶ Ext ard. extra pēdēti sagitta. ¶ Distri. rasit: vulnerauit. ¶ Alti⁹ spē. alti⁹ q̄ videbat. ¶ Cyt ht. Cythera isula ē cū oppido āte Porphyrusa appellata a pulchritudie mormorū q̄ ibi effodiebant vt Arist. scri. vna ex Cycladib⁹ Veneri dicata: qđ i maritimas ad eā p̄mū cōcha puenisse fert. Dicta est aūt cythera a Cythereo phenicis filio. ¶ Paphō. Cypri sz Cypri quoq; est vrbs Paphos Veneris tēplo nobilis.

¶ Pisco-

Flet tamen: ꝛ tepide manant ex arbore gutte:
Est honor ꝛ lachrymis: stillataqȝ cortice Myrrha
Nomen herile tenet: nulloqȝ tacebitur euo.
¶ At male conceptus sub robore creuerat infans:
Querebatqȝ viam: qua se genitrice relicta
Exereret. media grauidus tumet arbore venter
Tendit onus matrē: neqȝ habēt sua verba dolores.
Nec Lucina potest parientis voce vocari.
Nitenti tamen est similis: curuataqȝ crebros
Dat gemitus arbor: lachrymisqȝ cadētibus humet.
Constitit ad ramos mitis Lucina dolentes
Admouitqȝ manus: ꝛ verba puerpera dixit.
Arbor agit rimas: ꝛ scisso cortice viuum
Reddit onus: vagitqȝ puer: quem mollibus herbis
Naiades impositum lachrymis vnxere parentis.
Laudaret faciem liuor quoqȝ. qualia nanqȝ
Corpora nudorum tabula pinguntur Amorum
Talis erat: sed ne faciat discrimina cultus
Aut huic adde leues: aut illis deme pharetras.
Labitur occulte: fallitqȝ volatilis etas:
Et nihil est annis velocius. ille sorore
Natus/ auoqȝ suo: qui conditus arbore nuper:
Nuper erat genitus: modo formosissimus infans/
Jam iuuenis/ iam vir/ iam se formosior ipso est.
Jam placet ꝛ Veneri: matrisqȝ vlciscitur ignes
Nanqȝ pharetratus dum dat puer oscula matri:
Inscius/ extanti distrinxit arundine pectus.
Lesa manu natum Dea reppulit. altius actum
Vulnus erat specie: primoqȝ fefellerat ipsam
Capta viri forma/ non iam Cythereia curat
Littora: non alto repetit Paphon equore cinctā:
Piscosāqȝ Gnidō: grauidāqȝ Amathūta metallis
Abstinet ꝛ celo: celo prefertur Adonis.
Hūc tenet. huic comes ē/ assuetaqȝ semꝑ in vmbra
Indulgere sibi/ formamqȝ augere colendo/
Per iuga/ per syluas/ dumos/ ꝛ saxa/ vagatur
Nuda genu/ vestem ritu succincta Diane.
Hortaturqȝ canes. tuteqȝ animalia prede/
Aut pronos lepores/ aut celsum in cornua ceruū/
Aut agitat Damas. at fortibus abstinet Apris.
Raptoresqȝ Lupos/ armatosqȝ vnguibus Ursos
Uitat/ ꝛ armenti saturatos cede leones.
Te quoqȝ vt hos timeas si quid prodesse monēdo
Posset/ Adoni monet. fortisqȝ fugacibus esto
Inquit/ in audaces non est audacia tuta.
Parce meo iuuenis temerarius esse periclo.
Neve feras: quibus arma dedit natura/ lacesse.
Stet tibi ne magno tua gloria. non mouet etas

Ra ph. ☞ ¶ Piscosamqȝ Gnidō: Gnidos vrbs est Dorica: vbi Veneris ꝛ templum e simulachrum visebatur a Praxitele sculptum tanta arte: vt quidam illius amore captus sustinuerit intra sacellum per noctem includi/ ac dee simulachrū ita amplectitur spermate quoqȝ inquinaret. ¶ Grauidāqȝ Amathūta: Amathus vrbs fuit Cypri erisodinis abundans: ꝑpter qđ poeta illam metallis grauidā vocat.

Bu. ☞ ¶ Abstinet ꝛ celo. Verg. in gallo. Et formosus oues ad flumina pascit Adonis eumqȝ intellexit Ouidius in epistolis. cum canit. Venerē cyniraqȝ creatū Sustinuit positoq̄ quolibet herba duos. Hic dū venaret ab apro percussus exalat̄us est ꝛ in florē sui nois purpurei coloris conuersus. Unde sunt qui fabulentur Martem propter Zelotypiam Veneris in aprum cōuersum occidisse puerum. de q̄re Aphtonii ex progymnasmatis rhetoricis verba subnectam qui rose pulchritudinem demiratur in plegam Veneris ꝯsideret amabat Adoni dea Mars ipsaꝫ quod dea foret Adonidi Veneri Mars erat deus deam amabat deaqȝ hominem sequebatur par cupido tāetsi genus dispar perimere Adonim Mars Zelotypus tendebat finē putans amoris Adonidis necem ferre Adoni Mars accurrit auxilio/ Venus se sinansen rasas incidit ac se spinis implicauit: ita pedē perforatur: qui vulnere manauerat cruor de se rosam colorauit: sic rosa que prius candida quod nunc cernitur facta. Ex his verbis ꝛ illud Claudiani declaratum ꝛ explanatum in secundo de raptu Proserpie. Sic effata cruoris carꝑit signa sui.

Ra ph. ☞ ¶ Celo ꝑfert Adonis. lepida emphasis / ex qua colligit ꝙ formosus fuerit Adōis. ¶ Nuda genu: sic in vetusto legitur exēplari nō vsqȝ genu: vt fere est in nouis deprauatum: est ei poetica synecdoche.

¶ Succincta vestem: succinctam ꝛ subtractam vsqȝ ad genua vestē habens. ¶ Aut pronos lepores in caput inclinatos: crura nāqȝ anteriora habent breuiora. ¶ Fugacibus: aduersus fugaces feras. ¶ Parce esse. noli eē. ¶ Nec que Venerem mouere: hoc est etas/ forma/ pulchritudo/ quibus ego mota sum: nihil feras mouent.
¶ Animos ferarum: iram ꝛ rabiem ferarum. ¶ Fulmen habent: sic enim omnia preterunt Apri dentibus: vt fulmen illis inesse videatur. ¶ Opportuna: cōmoda. ¶ Et ipsum Adonim: illum enim sedere coegit. ¶ Posita ceruice: reposito capite. ¶ Reclinis. reclinata. ¶ Interserit: interponit.

¶ Fabule vndecime lib. decimi argumentum.

La ct. ¶ Forsitan audieras aliqua certamine cursus ꝛc. Atalanta Schenei filia: cum de coniugio sciscitata esset: ꝛ monita nulli iungetur: quia omnium virginū pernicissima erat petentibus procis legem posuit eius coniugem futurum: qui se cursu pedum antecessisset: quam cum Hippomenes Macharei filius ex progenie Neptuni intēso amore diligeret: nec mortem certaminis expauesceret: Venerem in malis habuit auxilio. Nā ex Damasceno agro ei tria mala aurea donauit / qui est in insula Cypri: vt in cursu ꝓiiceret virgini: futurum enim vt cupiditate eius tardaretur/ dum peteret. Cuius monitis Hippomenes consecutus victoriam/ postea ingratus aduersus Deam cognitus est. Itaqȝ impulsu eiusdē Dee matris Deum lucum transgrediuntur: quē Echion terre filius sacrauerat: non tenuerunt cupiditatem: quin aduersus religionem in sacrato concubuere solo: quam ob causam a Dea in leones sunt conuersi. Unde Deum matri ex illo leones sunt subiecti.

☞ ¶ For

Necque facies:nec que Venerē mouere:Leones:
Setigerosq Sues:oculosq/ animosq ferarum.
Fulmen habent acres in aduncis dentibus Apri.
Impetus est fuluis/ et vasta leonibus ira
Inuisumq3 mihi genus est.que causa roganti/
Dicam ait:et veteris monstrum mirabile culpe.
Sed labor insolitus iam me lassauit:et ecce
Opportuna sua blanditur populus vmbra:
Datq torum cespes,libet hac requiescere tecum
Et requieuit humo:pressitq et gramen:et ipsum
Inq3 sinu iuuenis posita ceruice reclinis
Sic ait:ac mediis interserit oscula verbis.
¶ Forsitan audieras aliquam certamine cursus
Veloces superasse viros.non fabula rumor
Ille fuit.superabat enim:nec dicere possis
Laude pedum/forme ne bono prestantior esset:
Scitanti deus huic de coniuge/ coniuge dixit
Nil opus atalanta tibi.fuge coniugis vsum.
Nectamen effugies:teq ipsa viua carebis.
Territa sorte Dei:per opacas innuba syluas
Viuit:et instantem turbam violenta procorum
Conditione fugat.nec sum potienda:nisi inquit
Victa prius cursu:pedibus contendite mecum.
Premia veloci coniux/thalamiq3 dabuntur.
Mors precium tardis.ea lex certaminis esto.
Illa quidem immitis.sed tanta potentia forme.
Venit ad hanc legem temeraria turba procorum.
Sederat Hippomenes cursus spectator iniqui
Et petitur cuiq̄ per tanta pericula coniunx?
Dixerat ac nimios iuuenum damnarat amores.
Ut faciem et posito corpus velamine vidit/
Qualemcum/vel quale tuum:si femina fias:
Obstupuit:tollensq manus/ignoscite dixit/
Quos modo culpaui.nondum mihi premia nota:
Que peteritis/erant.laudando concipit ignem.
Etne,quis iuuenum currat velocius optat:
Inuidiamq3 timet.sed cur certaminis huius
Intentata mihi fortuna relinquitur? inquit.
Audentes Deus ipse iuuat dum talia secum
Exigit Hippomenes:passu volat alite virgo.
Que quāquam Scythica nō segnius ire sagitta
Aonio visa est iuueni:tamen ille decoris
Mirator magis est/et cursus facit ipse/decorem.
Aura refert ablata citis Talaria plantis:
Tergaq3 iactantur crines per eburnea: queq3
Poplitibus suberant picto genualia limbo:
Inq3 puellari corpus candore/ruborem
Traxerat:haud aliter/q̄ cum super atria velum

Ra ph. ¶ Forsitan audieras: Atalanta Schenei regis filia:cum oraculum de marito consuluisset/ responsum accepit ipsi non opus esse marito.Cum vero et pernicissima et formosissima esset a multis vxor petebat.Ipsa vero ne eos prorsus aspernari videretur/ edixit se nulli alii nupturam / q̄ a quo cursu foret supata. Quod siquidem ipsa superaret/illum iri interfectū. Cum autem iam multos peremisset/Hyppomenes Macharei fili9 ac Neptuni nepos virginis amore capt9 i certamē cū ea descēdit:ac Veneris ope quam inuocauerat/ puellam superauit.Sed cum voti cōpos Veneri nihil gratiaz egisset Hyppomenes/dea irata sic illum in libidinez cōcitauit/vt in sacello matri Deum dicato cum Atalanta concumbere coact9 sit.Quo flagitio materdeū indignata et Hippomenez in leonem et Atalātam in leenam conuertit:atq currui suo subiecit.¶ Aliquā. quandaz in soluta dicere= mus oratione.¶ Nō fabula rumor ille fuit : ille rumor nō fuit falsus.¶ Scitanti:roganti:vt sciret. ¶ Deus.Apollo.¶ Sorte: oraculo/responso.¶ Teq ipsa viua carebis : hoc est tua forma adhuc viua priuaberis . Nam in leenam fuit transfigurata . ¶ Innuba.innupta/ virgo. ¶ Procorum:iuuenū vxorem petentium.¶ Conditione fugat:duram illis proponendo conditionez a pe

tendis suis nuptiis deterret.¶ Potienda: habēda. ¶ Pedibus contēdite mecum:cursu mecum certate ¶ Illa quidem immitis : crudelis.Sed tāta potentia forme:acclamatio qua procorū temeritas excusat. ¶ Et petitur cuiq̄: affectui et indignationi seruit illa particula et.Indignatur enim Hippomenes q̄d quisquam se tanto periculo exponat gratia illi9 habende vxoris.¶ Posito velamine:deposita veste. ¶ Culpaui:accusaui/damnaui.¶ Concipit ignem: in amorez incidit.¶ Et ne quis iuuenū:amore nanq Atalante captus Hippomenes timebat ne quis ante se victor euaderet. ¶ Inuidiāq timet:ne inuidia sibi sit īpedimento/ quo minus Atalanta potiatur/Hippomenes metuit.¶ Passu alite : veloci cursu.¶ Exigit.cogitat. ¶ Scythica sagitta: velocissima.Scythe nanq plurimum sagittādo valent. ¶ Aonio iuueni: Hippomeni Beotio. ¶ Decoris: pulchritudis.¶ Refert:retrofert.Exponit autē poeta/ quomodo cursus ipse Atalante pulchritudinem augeret.¶ Talaria.alata erāt calciamēta ¶ Genualia:genuū tegmina et ornamenta. ¶ Haud aliter.nō aliter inquit candidū Atalante corpus ruborem contraxerat / q̄ cum auleum in dealbatis atriis extentum solet vmbra rubicunda parietes inficere.

¶ Dat

Candida purpureũ similem dat: ꝛ inficit vmbram.
Dũ notat hec hospes: decursa nouissima meta est.
Et tegitur festa victrix Atalanta corona.
Dant gemitum victi: penduntqꝫ ex federe penas.
Nec tamen euentu iuuenum deterritus horum
Constitit in medio: vultuqꝫ in virgine fixo/
Quid facilem titulum superando queris inertes?
Mecum confer ait. seu me fortuna potentem
Fecerit: a tanto non indignabere vinci.
Namqꝫ mihi genitor Machareus: Acheslius illi.
Est Neptunus auus. pronepos ego regis aquarũ.
Nec virtus citra genus est. seu vincar: habebis
Hippomene victo magnum: ꝛ memorabile nomẽ.
Talia dicentem molli Schenecia vultu
Aspicit: ꝛ dubitat superari: an vincere malit.
Atqꝫ ita. quis deus hunc formosis dixit iniquus
Perdere vult: charecqꝫ iubet discrimine vite
Coniugium petere hoc: non sum me iudice tanti.
Nec forma tãgor: poteram tamen hac quoqꝫ tãgi:
Sed ꝙ adhuc puer est. nõ me mouet ipse: sed etas.
Quid: ꝙ inest virtus: ꝛ mens interrita leti?
Quid: ꝙ ab equorea numeratur origine quartus?
Quid: ꝙ amat: tantiqꝫ putat conubia nostra:
Vt pereat: si me sors illi dura negarit
Dũ licet hospes: abi: thalamosqꝫ relinq̃ cruentos.
Coniugium crudele meum est. tibi nubere nulla
Nollet: ꝛ optari potes a sapiente puella.
Cur tamen est mihi cura tui: tot iã ante peremptis?
Viderit. intereat: quoniam tot cede procorum
Admonitus non est: agiturqꝫ in tedia vite.
Occidet hic igitur: voluit quia viuere mecum?
Indignamqꝫ necem pretium patietur amoris?
Non erit inuidie victoria nostra ferenda.
Sed non culpa mea est. vtinam desistere velles.
At quoniam es demens: vtinam velocior esses.
Ah ꝙ̃ virgineus puerili vultus in ore est.
Ah miser Hippomene. nollem tibi visa fuissem.
Viuere dignus eras. ꝙ si felicior essem:
Nec mihi coniugium fata importuna negarent:
Vnus eras: cum quo sociare cubilia vellem.
Dixerat: vtqꝫ rudis: primoqꝫ Cupidine tacta
Quod facit ignorans: amat: ꝛ non sentit amorem.
Iam solitos poscunt cursus: populusqꝫ: paterqꝫ:
Cum me sollicita proles Neptunia voce
Inuocat Hippomenes. Cythereã cõprecor: ausis
Adsit ait nostris: ꝛ quos dedit adiuuet ignes.
Detulit aura preces ad me non inuida blandas:
Motaqꝫ sũ (fateor) nec opis mora longa dabatur.

Ra ph. ¶ Dat. tribuit pariter. ¶ Inficit. efficit ꝛ miniat. ¶ Hospes. Hippomenes. ¶ Decursa. nouissima meta est: ad vltimã metã decursum est. Est aũt participium cõtra grãmatices rationem formatuz decursa. ¶ Penduntqꝫ. persoluũt: dãt. ¶ Ex federe. ex lege. ¶ Facilem titulũ. gloriaz facile partã. ¶ Mecum confer. mecum te cõpone. ¶ Potẽtez. voti cõpotem. ¶ A tanto. a tam generoso. ¶ Namqꝫ mihi genitor. maiores suos recenset Hippomenes: vt sua generositate Atalãte animũ ad se amãdũ pelliciat. a Neptuno nãqꝫ originez ducit. ¶ Nec virtus citra genꝰ est. hoc est a virtute maioꝝ non degenero. ¶ Seu vincar. dilemato colligit Hippomenes Atalãtam secum certare debere. ¶ Schenia. Atalãta Scheneī regis filia. ¶ Molli. vultu miti ac mansueto. ¶ Quis deus formosis iniquꝰ: hoc est quis deꝰ pulchris ꝛ formosis inimicꝰ hunc ꝑdere cupit: iubetqꝫ per chare vite periculũ meas querere nuptias? ¶ Discrimie. periculo. ¶ Non sum me iudice tãti. vt tam formosus iuuẽis debeat ꝑire. ¶ Nec forma tãgor. nec pulchritudine moueor. ¶ Sed ꝙ puer adhuc est. subaudiat tãgor. ¶ Et mẽs interrita leti. que nullo mortis timore terret. ¶ Ab equorea origine. Neptuno equoris deo. ¶ Dum iz hospes abi. dũ potes recede o peregrine. Est autem apostrophe ad Hippomenẽ/ quem ꝛ si amice admonere videt Atalanta: ne secũ currẽdo certet: secum tñ ipsa hec loq̃tur. ¶ Tibi nubere nulla Nollet. hoc est omnis virgo tibi nubeꝛ cupiet. ¶ Viderit. Hippomenes subaudiatur. Hec enim secũ cogitans loquitur Atalanta Hippomenis pulchritudine tacta. ¶ Agiturqꝫ in tedia vite. quia illum viuere tedet. ¶ Occidet hic igiť. nunc Atalãta colligit Hippomenẽ indignuz esse qui pereat. ¶ Nõ erit inuidie. hoc est inuidia victoriã nostram perferre nõ poterit. ¶ Ah ꝙ̃ virgineus. virgini conueniens. Misereť autẽ Hippomenis Atalanta et etate ꝛ pulchritudine illiꝰ mota. ¶ Fata importuna. difficilia/ que exorari non possunt. ¶ Cum quo sociare cubilia vellem: cui nubere vellem. Illi nãqꝫ sociare cubilia dicunť: qui vna dormiunt. ¶ Rudis. imperita amoris. ¶ Primo Cupidine. amore. ¶ Tacta. ꝑcussa. ¶ Proles Neptunia. Hippomenes Neptuni pronepos. ¶ Quos dedit. q̃s mihi iiecit. ¶ Ignes. amores. ¶ Aura non inuida. ventus benignꝰ ꝛ Hippomeni fauens. ¶ Nec opis mora longa dabať. nec longa auxilij mora mihi cõcedebatur: cũ tpm illico oporteret inire cursum.

¶ Damascenus ager.

Sum Damascenus ager ventri sacratus: amanti
Nam nocuit: sed tamen ira dee.

Est ager: indigene Damascenum nomine dicunt:
Telluris Cyprie pars optima. quam mihi prisci
Sacrauere senes: templisque accedere dotem
Hanc iussere meis. medio nitet arbor in aruo
Fulua comas. fuluo ramis crepitantibus auro.
Hinc tria forte: mea veniens: decerpta ferebam
Aurea poma: manu: nullique videnda nisi ipsi:
Hippomenen adii. docuique quis vsus in illis.
Signa tube dederant: cum carcere pronus vterque
Emicat: et summam celeri pede libat harenam.
Posse putes illos sicco freta radere passu:
Et segetis cane stantes percurrere aristas.
Adiiciunt animos iuueni: clamorque: fauorque
Verbaque dicentū. nunc: nunc incumbere tempus.
Hippomene propera. nunc viribus vtere totis
Pelle moram. vinces. dubiū Macharcius heros
Gaudeat: an virgo magis Schenela dictis.
O quoties cum iam posset transire: morata est.
Spectatosque diu vultus inuita reliqui.
Aridus a lasso veniebat anhelitus ore:
Metaque erat longe. tum denique de tribus vnum
Fetibus arboreis proles Neptunia misit.
Obstupuit virgo: nitidique cupidine pomi
Declinat cursus: aurumque volubile tollit.
Preterit Hippomenes. resonāt spectacula plausu.
Illa moram celeri: cessataque tempora cursu
Corrigit: atque iterum iuuenē post terga relinqt.
Et rursus pomi iactu remorata secundi
Consequitur: transitque virum. pars vltima cursus
Restabat. nunc inquit ades dea muneris auctor:
Inque latus campi: quo tardius illa rediret:
Iecit ab obliquo nitidum iuueniliter aurum.
An peteret virgo visa est dubitare: coegi
Tollere: et adieci sublato pondera malo.
Impediique oneris pariter grauitate: moraque.
Neve meus sermo cursu sit tardior ipso:
Preterita est virgo. duxit sua premia victor:
Digna ne cui grates ageret: cui thuris honorem
Ferret Adoni fui? nec grates immemor egit/
Nec mihi thura dedit. subitam cōuertor in iram:
Contemptuque dolens: ne sim spernenda futuris:
Exemplo caueo: meque ipsam exhortor in ambos.
Templa deum matri: que quōdā clarus Echion
Fecerat ex voto: nemorosis abdita syluis
Transibant: et iter longum requiescere suasit.

Ra ph. ¶ Est ager. topographia. hoc ē loci descriptio. Describit enī agrū nomine Damascenū: vnde Venus tria aurea poma: que Hyppomeni tradidit: se sumpsisse ait ¶ Indigene. inde geniti hoīes. ¶ Damasenum nomine dicunt: quem subaudiamus vt intelligamus: quem proprio nomine Damascenū vocant: nam est etiā ager Damascenus a Damasco vrbe Syrie declinatus. ¶ Accedere. adiungi. ¶ Iussere. voluere: decreuere ¶ Niter splēder. ¶ Fulua comas. fuluas et aureas frondes habens. Aurea nāque mala ferebat ¶ Hinc. illic ex agro Damasceno. ¶ Decerpta. accepta. Proprie aūt decerpi et poma et frondes et rose dicunt. ¶ Quis vsus. que vtilitas. ¶ Dederant. fecerant. ¶ Carcere. abusiue pro carceribus. Carcer nāque est locus vbi seruātur noxii a coercēdo dictus. Carceres aūt sunt funes illi qui pretendunt equis cursuris: vt vna oēs emittant. ¶ Pronus vterque Emicat. exiliit. Habitū aūt exprimit potenta velociter currētiū. ¶ Libat. leuiter tāgit ¶ Posse putes illos. hiperbole poetica: qua summa Hyppomenis: Atalāteque velocitas declaratur. Sic Verg. de Camilla. Illa vel intacte segetis per sūma volaret Gramina: nec teneras cursu lesisset aristas. Vel mare per mediū fluctu suspēsa tumēti Ferret iter celeres/nec tingeret equore plantas. ¶ Stātes aristas. erectas. Ariste aūt ab arenda sunt dicte: quod prime in spica arescant ¶ Incūbere tempus. incūbendi. Est enim greca figura. ¶ Macharetus heros. Hyppomenes Machareti filius. ¶ O quoties. hic quoque colligit Venus Atalantā Hyppomenis amore fuisse captam. ¶ Aridus anhelitus. siccus ac difficilis: id qd̄ significat Hyppomenē lassū fuisse. ¶ Metaque erat lōge. ad quam currētes peruenire debebāt ¶ Fetibus arboreis. periphrasis est pomorum. ¶ Aurumque. aureū pomum. ¶ Plausu. eorum qui Hyppomeni fauebāt. ¶ Cessata tempora. quibus ipsa a cursu instituto cessauerat. Est aūt participiū contra grāmatices ratonē audacter a poeta declinatum.

¶ Corrigit. resarcit: repat. ¶ Cursu. velocitate/ cursus. ¶ Remor retēta/ tardata. ¶ Ades. auxilio sis ¶ Dea muneris auctor. Venus: que mihi hoc dedisti munus. ¶ Iecit iuueniliter. fortiter vt iuuenem decebat: per quod innuit eum lōge pomū iecisse. ¶ Impediique. cursum subaudiamus. ¶ Duxit sua pmia victor. Hippomenes mqt victor duxit Atalantam vxorem. ¶ Cui thuris honorē Ferret? cui sacrificaret thure. ¶ Imme. ingratus. ¶ Contemptuque dolens. me esse contemptam egre ferens. ¶ Spernēda. cōtemnēda. ¶ In ambos. contra ambos. Hippomenē et Atalātam. ¶ Clarus Echion. vnus fuit ex Cadmi sociis Echion.

Illic concubitus intempestiua cupido
Occupat Hippomenen/ et a nemine cõcita nostro.
Luminis exigui fuerat prope templa recessus
Spelunce similis/ natiuo punice tectus.
Religione sacer prisca: quo multa sacerdos
Lignea contulerat veterum simulachra deorum.
Hunc init: et vetito temerat sacraria probro:
Sacraque retorserunt oculos: turritaque Mater
An Stygia fontes dubitauit/ mergeret vnda.
Pena leuis visa est. ego, modo leuia/ fulue
Colla/ iube velant. digiti curuantur in vngues.
Ex humeris/ armi fiunt. in pectora, totum
Pondus abit. summe cauda verruntur harene.
Iram vultus habet. pro verbis murmura reddũt:
Pro thalamis/ celebrant syluas. aliisque timendi
Dente premunt domito Cybeleia frena Leones.

Adonis in florem.

Quem dea: puniceus flos est: Uenus arsit Adonis:
Cui fuit ipsa soror mater auusque pater.

Hos tu chare mihi/ cũque his genus omne ferarũ:
Quod non terga/ fuge: sed pugne pectora prebet/
Effuge. ne virtus tua sit damnosa duobus.
Illa quidem monuit/ iunctisque per aera Cygnis
Carpit iter. sed stat monitis contraria virtus.
Forte Suem latebris vestigia, certa secuti
Exiuere canes: syluisque exire parantem
Fixerat obliquo iuuenis Cinyreius ictu.
Protinus excussit pando venabula rostro
Sanguine tincta suo: trepidumque/ et tuta petẽtem
Trux Aper insequitur: totosque sub inguine dẽtes
Abdidit: et fulua moribunda strauit harena.
Uecta leui curru/ medias Cytherea per auras
Cypron Olorinis nondum peruenerat alis.
Agnouit longe gemitum morientis: et albas
Flexit aues illuc/ vtque ethere vidit ab alto:
Exanimem/ inque suo iactantem sanguine corpus:
Desiluit: pariterque sinum/ pariterque capillos.
Rupit: et indignis percussit pectora palmis.
Questaque cum fatis: et non tamen omnia vestri
Iuris erunt: dixit. luctus monimenta manebunt
Semper Adoni mei. repetitaque mortis imago
Annua plangoris peraget simulamina nostri.

Mynthe in herbam.

Persephone fuerat pellex tua perfida Mynthe.
Cui sunt pro penis munera cum redolet.

At cruor in florem mutabitur. an tibi quondam
Femineos artus in Olenres vertere menthas
Persephone licuit: nobis Cinyreius heros
Inuidie mutatus erit: sic fata cruorem

Ra ph. Concita. commota: stimulata. A numine nostro. a nostra potentia. Recessus. locus secessus aptus. Natiuo. naturali. Hunc init. ingreditur/ intrat. Temerat. violat. Probro. scelere. flagitio. Sacra. simulachra deorum. Retorserũt oculos. auerterũt oculos ne tantum scelus viderẽt. Turrita mater. turribus ornata. nam Cybele eadem cum Tellure putatur esse. Sontes nocentes/ Hipponiene/ atque Atalantam. Mergeret stygia vnda. hoc est ad inferos demitteret. Modo leuia. paulo ãte mollia ac sine villis pilis. Fulue iube. hinc leonũ precipua colligitur generositas: vt Plinius ait. Si colla/ harmosque vestiant iube. In pectora totum. Pondus abit: leones enim pectus reliquo corpore crassius habent. Cauda. caudã leonum animi esse indicẽ/ vt aures equorũ Plinius scribit. Nam immota placidum/ mota iratum significat. Uerrũtur. trahũtur. Iram vultus habet. facies leonum pre se fert iram. Trucem nanque habent aspectũ. Cybeleia frena. nam matris Deum currum a leonibus trahi fingunt poete. Cybele autem dicta est a Cybelo mõte Phrygie, ipsi deam matri sacro.

La cti. Fabule duodecime libri decimi argumentum.

Hos tu chare mihi etc. Adonis supradictus monitus a Uenere quã vim fere haberẽt. Igitur is in venatione ab Apro interimitur: cuius cruor eiusdem dee numine in florem purpurei coloris conuersus est.

Ra ph. Quod non terga fuge. quod nõ fugit. Sed pugne pectora prebet: sed repugnat/ ac resistit. Damnosa duobus: et mihi et tibi. Iunctis cygnis currus nanque Ueneris ab oloribus trahi fingitur. Sed stat monitis contraria virtus: sed fortitudo inquit Adonidis Ueneris admonitionibus est aduersa. Suem. aprum Sues autem et apri Ueneri sunt inuisi propter Adonidis cedem. Unde pro

prouerbium apud grecos in eos q̃ rem ingratam alicui faciunt/ αφροδιτην εθυκεν: hoc est Ueneri Suem sacrificauit. Exciuere. excitarunt. Iuuenis Cinyreius. Adonis Cinyre filius. Pãdo rostro. recuruo. Et tuta petentem loca subintelligamus. Trux. Aper terribilis. Abdidit. abscondidit. Moribũdam. morientem. Rupit. dilaniauit: lacerauit.
Et indignis percussit. indigne. Nomen nanque pro aduerbio positum est. Et non tamen: ordo est. et tamen omnia non erunt vestri iuris. Ille autem et copula affectui seruit. Luctus monumenta. signa/ memoria. Est autem apostrophe ad Adonim. Annua simulamina. simulachra. Nam singulis quibusque ãnis Adonia: idest facta in Adonis honorem celebrantur/ in quibus Adonis plangebatur/ ac luctus Ueneris referebatur.

Fabule tertiedecime libri decimi argumentum. La cti.

At cruor etc. Minthe Nympha in herbam mutata Mentham odio Proserpine Cereris filie/ qđ cum Dicteo patre coniuge suo concubuisset.

An tibi quondam. Ra ph.
Mynthe nympha fuit/ quam Plutonis pellicem fabule tradunt extitisse. Eam cum Proserpina dolo circumuenisset/ in hortensem Mentham fuisse transfiguratam/ quam plerique hedyosmõ vocant. Est et mons prope Pylum cognomine Mynthes iuxta quem Plutonis quoque est templum. Nobis erit inuidie. in nos inuidiam concitabit.

Perlucida

Ra ph. ☞ ¶ perlucida bulla. translucida/ que ex aqua nasci so let/ statimqꝫ euanescere. Bulla autem spiritu ꝛ aqua excitatur rotūda figura/ que quoniam cito dissoluitur: verissimum illud sumptum est prouerbium/ quo humane vite breuitas/ fragilitasqꝫ designatur. Homo bulla. Inde fit bullare/ quod est bullas facere. Unde Plinius bullātem vrinam vocat bullas emittentem. Bulla etiam est ornamentum pectoris ingenuorum quidem aureum/ Libertinorum vero Scorteum/ vt copiose Macrobius scribit. ¶ Plena hora. perfecta. ¶ Concolor. eiusdem cum sanguine coloris. Est eñ purpureus. In Anemonem autem Adonim fuisse cōuersum innuere videtur/ cuius flos/ vt inquit Plinius/ nunqꝫ se aperit nisi vēto spirante: vñ ꝛ nomē accepit: ανεμος enim ventus dicitur. ¶ Punica. que et mala granata dicuntur. ¶ Qui prestant omnia venti: s̄m physicaꝫ rationem hoc dictum

Nectare odorato sparsit: qui tactus ab illo
Intumuit: sic vt fuluo perlucida cęlo
Surgere bulla solet: nec plena longior hora
Facta mora est: cū flos de sanguine cōcolor ortus.
Qualem/ que lento celant sub cortice granum
Punica ferre solent. breuis est tamen vsus in illo.
Namqꝫ male herent em: ꝛ nimia leuitate caducum
Excutiunt iidem: qui prestant omnia/ venti.

dictum est. Nam vēti rerum omnium generationis cau sa esse perhibentur.

¶ Fabule prime vndecimi libri argumentum. Le cti.

¶ Carmine dum tali ꝛc. Orpheus Eagri fluminis et Calliopes muse filius/ cum habuisset coniugem nomine Eurydicen: ꝛ eam amisisset/ cum sine ea ab inferis redijsset/ lege accepta a Plutone ad superos ne talem dolorē in altera experiretur: puerilem amorem primus instituit. Quamobcausam Threicie mulieres: insistinere in abditis locis solitudinem agentem propter desyderium coniugis interfecerunt: separatumqꝫ caput eius a reliquo corpore cum lyra in amnem Hebrum precipitauerunt: per quem in mare delatum: ꝛ hic in insulā Lesbum cum hic hesisset in littore: serpensqꝫ morsu sanguinem lamberat: priusqꝫ vultum eius appeteret: ab Apolline Iouis ꝛ Latone filio duratus in lapidē est.

Carmine



Raphaelis Enarrationes.

Carmine dum tali. Orpheus thracias mulieres aspernatus (vt diximus) in se earū odium traxit. Quare cum Bacchi sacra celebrarēt: ipsum in ferarū cetu canentē aspexerūt ac impetu facto dilacerarūt: caputqz ac lyrā in Hebrum fluuiū cōiecerunt: quę ad insulaz Lesbon vsqz dlata cū essent serpens Orphei caput dilaniatur9 ab Apolline in saxum fuit cōuersus. Primum itaqz Orphei cedē poeta dscribit deinde serpētis in saxū trāsmutationez. Threici9 vates: Orphe9 Thraci9. Ducit: delectat. Ducere nāqz interdū significat delectare: vt Noni9 scribit. Cicero de finibus bonoz & malorū. Fabellarūqz auditione ducuntur. Aliosqz ferarū: sensus. Neqz enim fere animos habere dicūtur/nisi poeta ad veritatē potius alludat: vt intelligamus feroruz hoīm alios ab Orpheo fuisse exultos: id qd Horatius apertehis versibus scribit. Siluestres homines sacer: interpresqz deorū Cedibus & victu fedo deterruit Orpheus: Dictus ob hoc lenire tigres: rabidosqz leones. Ecce nurus Ciconum: repētin9 bacchaz impet9 illa particula ecce significat. Cicones autem populi sunt Thracie ad Hebrū habitantes. Tumuli de vertice: de mōtis summitate. Lymphata pectora: furētia. Ferinis velleribus: ferarū pellib9. En ait ea hic est: cōduplicatio idignatiōi cōueniēs: tāetsi hoc aduerbiū en fere idignationi seruiat. Apollinei vatis: Orphei

Ducere. Ecce. Cicones.

Publii Ouidii Nasonis Metamorphoseos Liber Undecimus.

Orphei cedes.

Dum caneret lacerant Edonides Orphea: cuius Mortis non inuenes causa sed Euridice.

Carmine dum tali syluas: animosqz ferarum
Threicius vates: & saxa sequentia ducit.
Ecce nurus Ciconuz tecte: lymphata ferinis
Pectora velleribus/tumuli de vertice/cernunt
Orphea percussis sociantem carmina neruis.
E quibus vna/leues iactato crine per auras
En ait.en hic est nostri contemptor: & hastam
Uatis Apollinei/vocalia misit in ora:
Que foliis presuta: notam sine vulnere fecit.
Alterius telum lapis est: qui missus in ipso
Aere/concentu victus/vocisqz/lyreqz est.
Ac veluti supplex pro tam furialibus ausis
Ante pedes iacuit: sed enim temeraria crescunt
Bella modusqz abiit/insanaqz regnat Erynnis/
Cunctaqz tela forent cantu mollita. sed ingens
Clamor & inflato Berecynthia tibia cornu:
Tympanaqz & plausus/& Bacchei vlulatus
Obstrepere sono citharę. tum denique saxa
Non exaudit rubuerunt sanguine vatis.
Ac primum attonitas etiam nunc voce canentis
Innumeras volucres/anguesqz/agmenqz ferarum
Menades Orphei titulum rapuere theatri.
Inde cruentatis vertuntur in Orphea dextris:
Et coeunt: vt aues.si quando luce vagantem
Noctis auem/cernunt. structoqz vtrinqz theatro
Ut matutina ceruus periturus harena
Predaqz canū est: vatēqz petūt: & fronde virētes
Coniiciunt Thyrsos: non hec in munera factos.
Hę glebas: illę direptos arbore ramos:
Pars torquent silices. neu desint tela furori:
Forte boues presso subigebāt vomere terram:
Nec procul hinc multo fructum sudore parantes:
Dura lacertosi fodiebant arua Coloni:
Agmine qui viso fugiunt: operisqz relinquunt
Arma sui. vacuosqz iacent dispersa per agros
Sarculaqz: Rastriqz graues: longiqz Ligones:
Que postquam rapuere fere: cornuqz minaces
Diuulsere boues: ad vatis fata recurrunt:
Tendentemqz manus: atqz illo tempore primum
Irrita dicentem: nec quidquam voce mouentem

Orphei Apollinis filij. Uocalia ora: prima voce emittentia. Presuta: p̄strata: tecta. Nā haste Baccharuz q̄ thyrsi dicūtur: pāpinis hederaqz coopiebantur. Notam: signum. Ac veluti supplex. tāqz veniā peteret9. Aūpedes, Orphei. Cōcētu: harmonia. Est aūt pulchra poete phātasia/q̄ significatur quanta vis sit musices cantus. Bella. Baccharū furores bella vocat poeta. Insana Erynnis: ab effectu qd furia hoīes īsanos furiososqz reddit. Mollia: mitigata sic: vt Orphea nūqz nocere potuissent. Berecynthia tibia: qua in sacris Cybeles q̄ Berecynthia dr primū vsi fuere. Berecynthus autez phrygię mōs ē & ciuitas matri Deum dicata. Obstrepuere sono cithare. ōtra citharę sonū strepuerunt. Attonitas: stupefactas suauitate cant9 Orphei. Menades: Bacchę ἀπὸ τοῦ μαίνεσθαι: hoc est a furēdo dictę. Titulū: gliaz. Orphei theatri: spectaculi ab Orpheo ōgregati. Est aūt adiectiuū orphei. Alij triūphi legunt: intelligūtqz agmē illd ferarū a Bacchis raptū in titulū & gliaz triūphi de Orpheo acti. Et coeūt: cōgregant/cōueniūt. Noctis auē. noctuam. Structo vtrinqz theatro: spectaculo. Est aūt amphitheatri periphrasis. Matutina harena: hoc est matutino tpe in harena. Qd enim est tpis: attribuit loco. Una autē oēs Bacchas in Orpheū ipetū fecisse his similitudinib9 ōndit poeta. Petūt: aggrediūtur: inuadūt. Hec in munera: ad hos vs9.

Thyrsi. Berecynthus. Orphei cedes.

RAPH. ☞ ¶ Torquent: iaciunt. ¶ Subigebant: arabant. ¶ Lacertosi. magna et valida brachia habentes. ¶ Fructum: frumentum. ¶ Agmine. Baccharum furentium. ¶ Arma. instrumenta. ¶ Diuulsere. dilacerauere. ¶ Fere. crudeles. ¶ Ad Vatis fata: ad Orphei mortem. ¶ Irrita vana verba: que Bacchas nihil commouebant. ¶ Proh Iuppiter. exclamatio poete dolo ris ac commiseratio nis plena. ¶ Exhalata. emissa. ¶ In ventos. eorum sequitur opinionem qui animam ventum esse putant. ¶ Te meste. apostrophe ad Orpheum querimonie ac commiserationis plena. ¶ Obscura carbasa. pullas ac nigras vestes.

ferentem in varias arbores fuere conuerse. ¶ Vate suo: sacrorum nam Orpheus in Bacchum pulcherrios scripserat hymnos. Alludere autem ad id poeta videtur: quod scribit Diodorus. Cerimonias a Dionysio repertas cum ad Orgia quedam Orpheus addidisset, Orpheia a posteris fuisse appellata. ¶ Matres Edonidas: mulieres Thracias. Edones namque populi sunt Thracie. Edones.

¶ Flumen populare: fluuium patrium. Hebrus enim Thracie fluuius est. ¶ Methymnee Lesbi. Methymna vrbs est Lesbi optimo vino insignis / dicta a Methymne Macaris filia ac Lepydni vxore. vnde Methymneus deriuatur. Lesbos autem insula est clarissima: quam nunc Mitylenem a nomine vrbis vocant. Methymna Lesbos.

¶ Ferus anguis: crudelis: qui ictus vatis caput violare sustineret: cuius cantu serpentes quoque sepius delectati essent. ¶ Inhiat: diuellere. appetit ore apto dilacerare. ¶ Hymniferos vultus: quia hymnos in Deorum fere singulos composuerant. ¶ Umbra subit terras: vmbra Orphei inferos petit. Eorum autem opinionem secutus videtur poeta: qui hominem ex tribus constare aiunt / corpore / anima / et vmbra quarum corpus terre, anima celo vmbra inferis redditur. ¶ Hic illic apud inferos ¶ Spatiantur: deambulant.

¶ Fabule secunde xi. lib. argumentum.

LACT. ¶ Non impune etc. Cee matrone que cedi interfuerant Orphei: a Libero vlciscente eum lisi sceleris fuerunt in species varias abiecte.

RAPH. ☞ ¶ Non impune tamen Thracie mulieres que Orphei cedi interfuerunt: omnes a baccho cedem Orphei egre ferente

Sacrilege perimunt: perque os (proh Iuppiter) illud
Auditum saxis: intellectumque ferarum
Sensibus/ in ventos anima exhalata recessit.
Te meste volucres Orpheu. te turba ferarum:
Te rigidi Silices/ tua carmina sepe secute
Fleuerunt sylue. positis te frondibus arbos
Tonsa comas: luxit. lachrymis quoque flumina dicunt
Increuisse suis: obscuraque carbasa pullo
Naiades: et Dryades: passosque habuere capillos.
Membra iacent diuersa locis. caput Hebre: lyramque
Excipis: et (mirum) medio dum labitur amne/
Flebile nescio quid queritur lyra. flebile lingua
Murmurat exanimis. respondent flebile ripe.
Iamque mare inuecte flumen populare relinquunt.
Et Methymnee potiuntur littore Lesbi,

¶ Anguis in saxum.

Anguem Threicium caput per vndas
Phebus lambere congelat volentem.

Hic ferus exposito peregrinis anguis harenis
Obstitit: et sparsos stillanti rore capillos
Lambit: et hymniferos inhiat diuellere vultus.
Tandem Phebus adest: morsusque inferre parantem
Arcet: et in lapidem rictus serpentis apertos,
Congelat: et patulos (vt erant) indurat hiatus.
Umbra subit terras: et que loca viderat ante:
Cuncta recognoscit: querensque per arua piorum
Inuenit Eurydicen: cupidisque amplectitur vlnis.
Hic modo coniunctis spatiantur passibus ambo.
Nunc precedentem sequitur/ nunc preuius anteit:
Eurydicenque suam iam tuto respicit Orpheus.

¶ Thracie in arbores.

Corpora mutauit bacchantum in robora Iacchus:
Quem mouit vatis gratia non pietas.

¶ Non impune tamen scelus hoc sinit esse Lyeus:
Amissoque dolens sacrorum Vate suorum:
Protinus in syluis matres Edonidas omnes:
Que videre nefas: torta radice ligauit.
Quippe pedum digitos: in quantum est quaeque secuta
Traxit: et in solidam detrusit acumine terram.
Utque suum laqueis: quos callidus abdidit auceps:
Crus vbi commisit volucris: sensitque teneri:
Plangitur: ac trepidans astringit vincula motu:
Sic quecunque solo defixa coheserat harum
Externata/ fugam frustra tentabat. at illam
Lenta tenet radix: exultantemque coercet.
Dumque vbi sunt digiti: dum pes vbi querit: et vngues:

¶ Plangitur: percutitur a seipsa. ¶ Ac trepidans: quanto namque magis trepidant: tanto magis vinculo astringunt suos. ¶ Externata: consternata: perterrefacta. ¶ Lenta: flexibilis. ¶ Coercet: continet. ¶ Exultantem: exultare: reuolitare. ¶ Dumque vbi sunt digiti. ordo est. Dum querit: vbi sunt digiti. ¶ Succedere: succresceret. ¶ Merent ortus: hypallage est: id est namque merentes intelligitur. ¶ Et non fallere putando non decipiere si putes. Re enim vera rami erant.

¶ Fabule tertie xi. lib. argumentum.

¶ Nec satis etc. Liber pater Thracia digressus cum Tmolum montem Cilicie comitatus Bacchis peteret/ Silenus eius aufugit: quem Phryges captum ad Midam regem adduxerunt: agnitus ab eo exceptus est / et Libero aduenienti redditur: ob beneficium optandi Deus veniam ei dedit si quid vellet: a se peteret. Ille vt que attigisset: aurum fierent. quod ei inutile fuit. Cui deus peremptum vt restitueretur: sibi fecit: iussit enim vt ad flumen Pactolum peruenteret: ibique se supponeret: et sic redderet in pristinum statum. Unde aurei colorem est. LACT:

☞ ¶ Nec satis hoc Baccho est: Midas rex Phrygie cum Silenum a rusticis captum: sibique ii adductum Baccho reddidisset iussus est a Deo: vt quicquid vellet peteret. Ille petiit vt quicquid corpore suo tangeret: aurum fieret. Id illi concessit Bacchus: quamuis inutile ipsi futurum videbat. Cum vero panis quoque ac vinum ☞ in aurum RAPH. Midas.

Aspicit in teretes lignum succedere suras.
Et conata/femur merenti plangere dextra:
Robora percussit.pectus quoq; robora fiunt.
Robora sunt humeri.longos quoq;/brachia vera
Esse putes ramos:7 non fallere putando.
¶Nec satis hoc Baccho est:ipsos q̄z d̄serit agros/
Cumq; choro meliore/sui vincta Tymoli:
Pactolonq; petit.quamuis non aureus illo
Tempore:nec charis erat inuidiosus harenis.
Hūc assueta cohors Satyri/Bacchęq; frequētāt/
At Silenus abest.titubantem/annisq;:meroq;:
Ruricole cepere Phryges:vinctumq; coronis
Ad regem duxere Midā:cui Thracius Orpheus
Orgia;tradiderat cum Cecropio Eumolpo.
Qui simul agnouit socium:comitemq; sacrorum:
Hospitis aduentu festum genialiter egit
Per bis quinq; dies:7 iunctas ordine;noctes.
Et iam stellarum sublime coegerat agmen
Lucifer vndecimus:Lydos cum letus;in agros
Rex venit:7 iuueni Silenum reddit alumno.

¶Tacta a Mida in aurum.

Si quidquid tetigit Midas fit aurum:
Diues quam merito Midas vocatur.

Huic Deus;optandi gratum:sed inutile fecit
Muneris arbitrium gaudens altore recepto.
Ille male vsurus donis:ait.effice quidquid
Corpore contigero fuluum vertatur in aurum.
Annuit optatis:nociturąq; munera soluit
Liber:7 indoluit quod non meliora petisset.
Letus abit:gaudetq; malo Berecynthius heros.
Pollicitiq; fidem tangendo singula tentat.
Vixq; sibi credens:non alta fronde virentem
Ilice detraxit virgam.virga aurea facta est.
Tollit humo saxum.saxum quoq; palluit auro.
Contigit 7 glebam.contactu gleba potenti
Massa fit.arentes Cereris decerpsit aristas.
Aurea messis erat.dēptum tenet arbore pomum.
Hesperidas donasse putes.si postibus altis
Admouit,digitos:postes radiare videntur.
Ille etiam liquidis palmas vbi lauerat vndis:
Vnda fluens palmis:Danaen eludere posset.
Vix spes ipse suas animo capit:aurea fingens
Omnia.gaudenti mensas posuere ministri
Extructas dapibus.nec toste frugis egentes.
Tum vero:siue ille sua Cerealia dextra
Munera contigerat:Cerealia dona rigebant.
Siue dapes auido conuellere dente parabat:
Lamina fulua:dapes:admoto dente premebat.
Miscuerat puris auctorem.muneris vndis:

Raph. ...t in aurū verterēt: fameq; perire cepisset:tandē cognouit stolid⁹ se rē dānosā petiisse: bacchū itaq; rogauit:vt peccō veniā daret:7 munus datū irritū faceret.Bacch⁹ igitur illi mādauit vt ad fōtez Pactoli pgeret:seq; totū in eo lauaret:qd cum fecisset: vis illa aurū efficiendi q̄dq̄d tāgeret:in fluuiū transiuit:vn etiā harenas aureas efficere memoratur. ¶Ipsos agros. Thracie. ¶Cumq; choro meliore. q̄ fuerāt Thracie ille mulieres:que Orpheū trucidarūt. ¶Sui Tymoli.a se amati.Est em̄ Tymol⁹: q̄ 7 Tmol⁹ d:mōs Lydie optimi vini fertilis:vt i supiori b⁹ q̄z diximus.Neq; ē spōdaic⁹ versus:cū Tymol⁹ etiā trissyllabū sit nomē:nō solū bissyllabū. ¶Pactoloq;:Pactol⁹ fluui⁹ est Lydie aur e- is harenis notissimus. ¶Charis hare p̄tiosis. ¶Frequētant. celebrant. ¶Titubātē. vacillātē. ¶Vinctū.ligatū. ¶Ad regē Midā.Midas Gordii Bubulci fili⁹ Phrygie rex fuit ditissimus:eo q̄ fict⁹ ē oīa q̄cūq; tāgeret i aurū trāsmutare:de q̄ Herodot⁹ in primo multa scribit. ¶Orgia.Bacchi sacrificia. ¶Cum Cecropio Eumolpo.Eumolpus vates fuit Atheniēsis Bacchi sacerdos. ¶Genialiter.voluptuose ac lete. ¶Lucifer vndecim⁹ Lucifer stella est q̄ adueniente die vltia desinit lucere:eoq; a poet; alias stellas cogere: ɔgregareq; dicitur. ¶Coegerat. cōgregauerat. Significat autē vndecimū diem aduenisse. ¶Sublime agmē stellarū sublimiū.i. altarū stellarū multitudinē.est em̄ hypallage. ¶Lydos in agros.in Lydiā. Fm grāmaticos aurem ratione dertus tiui nomē pauciores q̄ primitiuū syllabas hz. ¶Inuenit alumno .i. Baccho. ¶Altore Sileno nutritore. ¶Male vsurus.in suū malū et pniciē.paulū enim absuit q̄n fame periret Midas. ¶Annuit.nutu cōsensit. ¶Soluit.psoluit.p̄stitit. ¶Berecynt. heros.midas phrygi⁹: a Berecyntho Phrygie oppido. ¶Polliciti fidē.pmissi fidē ¶Tentat.expit ¶Nō alta.s; humili Illud ēm aduerbiū.Non hoc loco ad verbuz detraxit referri nō pōt:sed virgā ex nō alta frōde decerptā fuisse ostēdit. ¶Cereris frumēti p metonymiā ¶Hespi. donasse pu.scite.nā hespides hortos habuisse dñr aurea poma ferētes. ¶Rad. fulgere. ¶Danaen elude.pos.elegāter. Iuppitē em i guttas puers⁹ aureas i sinū danaes dscēdit sicq; illa ē potit⁹. ¶Vix spes i. su.aio ca.nō maria q̄q; sibi pollicebat midas ¶Po. apposuere ¶Toste fru piphrasis est panis. ¶Cere.do.panes. ¶Rig. duri fiebāt.q̄ppe q̄ in aurū puertebant. ¶Cōuei.mā dere. ¶Preme.tāgebat ¶Au. mu bacchū p metonymiā p vio. ¶Fusile.liqdū:ac fusū:et liqfactū ¶Diuesq; q̄ auro abūdabat. ¶Miserq; q̄ auro frui n̄ potat. ¶Vō vo. voto pauloāte ɔcupiuerat. ¶Tor. cruciat. ¶Meri qr ppt auaritiā illud a Baccho pecierat. ¶Lene.pr.bacche ¶Spe.dā qd pulchrū bonū vr:cū aliqn dānū sit 7 mali. ¶Mi.de.nu.dij sūt mites 7 facile placāt. ¶Rest.i pstinū statū rduxit. ¶Fa. ob fidē q̄ p se tulerat silenū rstituēdo.

Cur aure e Pactoli harene.

Tymolus

Pactolus

Midas.

Eumolp⁹.

Lucifer.

Rigere.

 ¶Da

Fusile per rictus aurum flultare videres.
Attonitus nouitate mali/diuesq3/miserq3/
Effugere optat opes:ꝛ que modo vouerat/odit.
Copia nulla famem releuat/sitis arida guttur
Urit:ꝛ inuiso meritus torquetur ab auro.
Ad celumq3 manus/ꝛ splendida brachia tollens
Da veniam Lenee pater. peccauimus inquit.
Sed miserere precor:speciosoq3 eripe damno.
Mite deum numen Bacchus peccasse fatentem
Restituit:factiq3 fide/data munera soluit.
Neue male optato maneat circumlitus auro:
Uade ait/ad magnis vicinum Sardib⁹ amnem:
Perq3 iugum ripe labentibus obuius vndis
Carpe viam:donec venias ad fluminis ortus.
Spumigeroq3 tuum fonti:qua plurimus exit:
Subde caput:corpusq3 simul/ simul elue crimen.

¶ Harena Pactoli aurea.

Que modo Pactoli micat aurea harena nephandum
Fuius Mide facinus non fuit ante Phrygis.

Rex iusse succedit aque. vis aurea tinxit
Flumen:ꝛ humano de corpore cessit in amnem.
Nunc quoq3 iam veteris percepto semine vene
Arua rigent/auro madidis pallentia glebis.
¶ Ille perosus opes syluasq3/ꝛ rura colebat/
Panaq3:montanis habitantem semper in antris.
Pingue sed ingenium mansit:nocituraq3 vt ante
Rursus erant domino stulte precordia mentis.
Nam freta prospiciens late riget arduus alto
Tmolus in ascensu:cliuoq3 extensus vtroq3
Sardibus hinc. illinc paruis finitur Hypepis.
Pan ibi dũ teneris iactat sua carmina nymphis:
Et leue cerata modulatur arundine carmen:
Ausus Apollineos pre se contemnere cantus.
Iudice sub Tmolo certamen venit ad impar.
Monte suo senior iudex consedit:ꝛ aurea
Liberat arboribus. quercu coma cerula tantum
Cingitur:ꝛ pendent circum caua tẽpora glandes
Isq3 deum pecoris spectans:in iudice dixit
Nulla mora est. calamis agrestibus insonat ille.
Barbaricoq3 Midan (aderat nam forte canenti)
Carmine deliniit. post hunc sacer ora resoluit.
Tmolus ad os Phebi. vultuz sua sylua secuta est.
Ille caput flauum lauro Parnaside vinctus:
Uerrit humum: Tyrio saturata murice palla.
Distinctamq3 lyram gemmis:ꝛ dentibus Indis
Sustinet a leua. tenuit manus altera plectrum.
Artificis status ipse fuit. tum stamina docto
Pollice sollicitat. quorum dulcedine captus
Pana iubet Tmolus cithare summittere cannas.

RAPH. ¶ Data munera soluit. resoluit:ꝛ irrita fecit ¶ Circũlit⁹. infect⁹. ¶ Male optato. stulte ac perniciose petito.
Sardeis. ¶ Magnis Sardibus. Sardeis vrbs est Lydie Cresi regia. ¶ Cessit. transiuit.

¶ Fabule. iiij. xj. libri Argumẽtũ.

LACT. ¶ Ille perosus ꝛc. Pan cum Tmolum mõtẽ Lydie frequẽtans fistula se oblectaret elatus gloria agrestiũ nymphaꝝ Apollinẽ i certamẽ deuocauit:a iudice ergo Tmolo cuius mons erat. cũ Apollini victoria cẽt adiudicata: Mide regi sup:adicto assidẽti soli displicuit: quã ob causã Apollo ob eãdẽ stultitiã quã ꝛ supra gesserat in Liberi patris voluntate:de⁹ irat⁹ aures ei⁹ asinine vt essent sempiterna effecit:cuius iudiciũ nulli rei facere at. q tñ ferẽ Midas esse mr is magne filius. sic enĩ cuz Hesiodo ꝯsentit Ouidi⁹.

RAPH. ¶ Ille perosus opes. Midas facultate auri efficiundi qdqd tangeret libera t⁹: opesq3 posuis i syluis habitabat: Panaq3 pastoꝝ deũ colebat:qui cũ fistula iuẽta sibi multũ nymphis placere videret:ausus est Apollinẽ in certamẽ prouocare: Tmolo montis deo iudice cõstituto. Cum ꝯo fista ꝑ Apolline iata oĩb⁹ placeret:solus Midas natura ĩt stultitia duct⁹ eã vt iniustã improbauit. Quare Apollo indignat⁹ aurea illius in asininas cõuertit:qb⁹ ipsi⁹ stoliditas indicaret. Lõgiores nãq3 aures ex physicoꝝ sententia vecordiã pre se ferũt. Ceterũ Midas aures asininas tiaris purpureis occultauit: tonsoriq3 mãdauit:ne verbũ cuiquã de illis faceret. Tonſ

ret. Tonsor ꝯo cum reticere nõ posset:i locũ desertũ secessit:ibiq3 souee facte immurmurauit: Midã aures asininas hñe. Deinde louẽ terra repleuit. Arũdines aũt eo i loco nate:vẽtoq3 agitate eadẽ ꝯba:hoc est Midas rex asininas aures hz:i iterebãt. ¶ Perosus opes. odio habẽs:qbus pene fame fuerat ꝯsectus. ¶ Pingue. tardum. ¶ Ut ante. qñ optauit:vt qdqd cõtigeret:aurũ fieret. ¶ Nam freta ꝓspiciẽs. Tmoli mõtis descriptio. ¶ Paruis Hypepis. Hypepa vrbs est Lydie: vt dixim⁹. ¶ Cerata. cera iũcta. ¶ Iudice sub Tmo. tmolus ꝛ mõs ꝛ de⁹ mõtis ipsi⁹ Sc. nã montes vt flumina deos suos habere dicũt. ¶ Et aurea Liberat arborib⁹. ab auribus arbores remouet. ¶ Deliniit. blãditus est ¶ Sacer. Apollo. ¶ Resoluit ora. apuit ora:ꝛ canere cepit. ¶ Tmolus ad os Phebi:se ꝯuertit subaudiendũ. ¶ Ille caput flauum vinct⁹. flauũ caput habens coronatum. ¶ Parnaside. Parnasia:q Parnasus abũdat. Forma nanq3 patronymica ꝑ possessiua ẽ vsus poeta. Apollinis autẽ citharedi habitum describit. ¶ Saturata. ꝯfecta bis tincta. ¶ Tyrio murice. Tyria purpura. Palla aũt vestis ẽ muliebris syrma habẽs:qua ꝛ citharedi vtebantur. ¶ Uerrit humũ. innuit pallã Apollinis syrma habuisse qd per terrã trahebat. Sic Hora. de tibicine loquẽs. Traxitq3 vag⁹ ꝑ pulpita vestẽ ¶ Distinctãq3. ornatã. ¶ Dẽtibus indis. ebore. ¶ Stamina. chordas. ¶ Sollicitat. tãgit:ꝑcutit. ¶ Cannas. tibiã ex cannis confectam.

Hypepa.
Tmolus.
Palla.

¶ Ag

RAPH. ☞ ¶ Arguitur. reprehenditur. ¶ Nec Delius. Apollo. ¶ Aures stolidas: omni carentes iudicio. ¶ Sed trahit in spatiū. protrahit: producit ac longas efficit. ¶ Instabilesq;. mobiles: quales sunt asinine ¶ Et dat posse moueri: concedit facultatē seipsas mouendi. ¶ Lente gradientis: tarde euntis.

eum quod ob salutē virginis pactus erat: ei abnegauit. ¶ Ideoq; ille expugnato Ilio Hesionē abreptam Telamoni: qui socius militie fuerat: copulauit. ☞ ¶ Vultus abit Tmolo. Apollo atq; Neptunus cū Laomedōtē menia Troie edificātē vidissent: in humanā figurā cōuersi/pacto auro se cito opus illud absoluturos recepe- RAPH.
rūt. Menibus vero perfectis cū pmissum aurum reposcerent: a Laomedonte illo fraudati/q iureiurādo se nihil pmisisse affirmauit: tantā pfidiā iniurā esse nō puniserunt. Neptunus eīm z diluuiū immisit: q totus ager Troianus est deuastatus: z Hesionē filiā mōstro marino exponere Laomedontē coegit. Quā quidē cum Hercules illac cū Argonautis trāsiens liberasset: ac pmissis equis a pfido rege fraudaret: ee Troiā expugnauit: z Hesionē captam Telamoni socio donauit. ¶ Nepheleidos Helles. Nephe les filie. Helle nāq; Athamātis: e Nepheles filia fuit: ac soror Phrixi: a q in mari submersa Hellespōtus fuit cognominatus. ¶ Latoius. Apollo Latone filius. ¶ Dextera Sigei. Rhetei: Sigeū z Rheteū pmōtoria sunt Troie notissima. ¶ Ara Panōpheo Tonāti. sic quidē i exēplaribus legit: sz corrupte legi facile Homeri carmine coarguit: nā in. viij. Iliados lib. sic scri. de hac eadē Ara. ενθα πανομφαιω ζηνι ρεζεσκον αχαιοι: hoc est Vbi Panōpheo Ioui sacra faciebant Achiui. Quare hic quoq; Panōpheo legēdū esse: vel refragātibus exēplaribus audacter cōtēderim. Panōpheus aūt Iuppiter dicitus est: vt exponit Eustachius: vel q oim voces audiat: vel q oim voce colat. nā παν omne: ομφη vox dr. ¶ Suscepta magna. icepta grādia. ¶ Stabat opus. erectū erat. ¶ Inficiatur. Helles. Panomphe.us.

¶ Fabule quinte xj. libri argumētū.

LACT. ¶ Ille quidem rc. Refert quoq; deformitatē illius cum veste celaret: vt famulus vidit: neq; eloqui posset eiusdem Det mētem in aures haberet: qui rursus obruta harena stūdines enate: agitateq; vēto deformitatem Mide indicarent.

Iudicium/sanctiq; placet sententia montis
Omnibus. arguitur tamen/atq; iniusta vocatur

¶ Mide aures asini.

Quod visa est iniusta Mide sententia: fecit
Vt pecus Arcadicum Delius aure foret.

Vnius sermone Mide: nec Delius aures
Humanam stolidas patitur retinere figuram.
Sed trahit in spatium: villisq; albētibus implet.
Instabilesq; illas facit: z dat posse moueri.
Cetera sunt hominis: partem dānatur in vnam.
Induiturq; aures lente gradientis Aselli.
¶ Ille quidem celare cupit: turpiq;. pudore/
Tempora purpureis tentat velare Tiaris.
Sed solitus longos ferro resecare capillos
Viderat hoc famulus: qui nec/cum pondere visum
Dedecus auderet: cupiens efferre sub auras:
Nec posset reticere tamen: secedit/humumq;
Effodit: z domini quales aspexerit aures/
Voce refert parua: terreq; immurmurat hauste:
Indiciumq; sue vocis: tellure regesta
Obruit: z scrobibus tacitus discedit opertis.

¶ Canne vocales.

Si sit purpurea vocalis harundo tyara
Obuelate Midam tempora num licuit.

¶ Creber arūdinibus tremulis ibi surgere lucus
Cepit: z vt primum pleno maturuit anno
Prodidit Agricolam. leni nam motus ab Austro
Obruta verba refert. dominiq; coarguit aures.
Vultus abit Tmolo. liquidūq; per aera vectus
Angustum citra pontum Nepheleidos Helles
Laomedonteis Latoius astitit aruis.
Dextera Sigei. Rhetei leua profundi
Ara Panompheo vetus est sacrata Tonanti.
Inde noue primum moliri menia Troie
Laomedonta videt: susceptaq; magna labore
Crescere difficili: nec opes exposcere paruas.

¶ Apollo Neptunus in homines.

Pergama mortali sub imagine Consius Apollo
Si condunt quantum ipeo manifesta deum est.

Cūq; Tridētigero tumidi genitore profundi
Mortalem induitur formam: Phrygieq; Tyrāno
Edificant muros: pacto pro menibus auro.
Stabat opus: pretium rex inficiatur: z addit
Perfidie cumulum: falsis periuria verbis.

RAPH. Tiara. ☞ ¶ Purpureis Tiaris. q z Tyaras dr: tegmē est capitis regū Orientis. ¶ Velare. celare: occultare. ¶ Efferre sub auras. vulgare. ¶ Secedit. in locum secretum vadit. ¶ Voce parua. murmure. ¶ Hauste. effosse. ¶ Regesta. reiecta. ¶ Scrobibus opertis. repleta fouea. ¶ Prodidit agricolā: indicauit eū qui illum effoderat terrā. ¶ Obruta voa. que talia fuerunt. Midas rex asini aures habet. ¶ Dominiq; coarguit aures hoc est Mide regis aures cōuincit esse asininas.

¶ Fabule sexte xj. libri argu.

LACT. ¶ Vultus abit Tmolo. liquidūq; p aera vectus rc. Inter Sygiū. Rheteūq; promontoria: quo loco ara Iouis Panōphei Phrygibus est cōsecrata. Laomedon Capis filius cum Iliū poneret: Apollo z Neptunus in homines versi operas suas estimatas ad extruēdū murū addixerūt. Ita tamen vt Neptunus pfidia regis offēsus in agros eius mare mitteret: oēsq; fructus obrueret: supra quā penā coegit eū Hesionē filiā morti pstruere bellue. Qua liberata ab Hercule rursus in fraude cognitus: eq; gem

RAPH. ☞ Inficiat. negat. Nam inficiari: et inficias ire negare est. ¶ Nostro equoreo. ceio. ¶ Vindicat. liberat. ¶ Dictos. pactos/ promissos: ex Solis equorum semine progenitos. ¶ Bis periura menia. nam primum Apollini atque Neptuno edificatis muris: deinde Herculi pro liberata Hesione pacta premia denegarat. ¶ Nec pars militie Telamon: Telamon Eaci filius ex Hesione Laomedontis filia Teucrum suscepit.

Telamon

¶ Fabule, vij. libri xj. argumentum.

LACT. ¶ Clarus erat diva. nec aui magis ille superbit rc. Proteus cum Thetidi predixisset: si vellet iugalis fieri: quod filium parente suo fortiorem procrearet/ Juppiter inceensus est pulchritudine nymphe/ quod id sibi ne incideret: concubitum eius refugit: et successionem coniugii Peleum nepotem dedit: quem illa refugiens modo in volucrem: modo in arborem interdum in Tigrim conversa concluderet: Peleus Neptunum oravit: ut opem sibi ferret: qui cum Proteo preces eius commendat et ille emergens e mari Peleo mandavit: ut quiescenti Thetidi meridiano calore insidiaretur: eamque vinculis illigatam aggravaret. Ex quo Achilles Grecorum fortissimus natus est.

RAPH. Peleus. ☞ ¶ Nam coniuge Peleus Clarus erat Diva. Peleus Eaci filius ac Telamonis frater: nepos que Jovis solus ex hominibus Deam uxorem ducere meruit. Cum enim Proteus Thetidi predixisset: ipsam esse parituram filium patre maiorem/ Juppiter quamvis eius amore captus: illo quidem abstinuit coniugio: nepoti autem Peleo mandavit: ut illam duceret uxorem.

Non impune feres rector maris inquit: et omnes
Inclinauit aquas ad auare littora Troie:
Inque freti formam/ terras conuertit: opesque
Abstulit Agricolis: et fluctibus obruit agros.
Pena neque hec satis est. regis quoque filia monstro

¶ Hesionis liberatio.

Liberat Hesionem: proles Tirynthia monstro
Obiectam hec fecit muneris ipsa fames.

Poscitur equoreo: quam dura ad saxa reuinctam
Vindicat Alcides. promissaque munera dictos
Poscit equos: tantique operis mercede negata
Bis periura capit superate menia Troie.
Nec pars militie Telamon sine honore recessit.
Hesioneque data potitur: nam coniuge Peleus.

¶ Thetis in varias figuras.

Fit modo que volucris: que tigris: et arbor aquosam
Eacides Thetiden vincere: num poterit?

¶ Clarus erat Diua. nec aui magis: ille superbit
Nomine/ quam soceri. siquidem Jouis esse nepotem
Contigit haud vni. coniunx Dea contigit vni.
Nam senex Thetidi Proteus predixerat vde.
Concipe. mater eris iuuenis: qui fortibus armis
Acta patris vincet: maiorque vocabitur illo.
Ergo ne quicquam mundus Joue maius haberet:
Quamuis haud tepidos sub pectore senserat ignes
Juppiter: equore Thetidis connubia vitat.
Inque sua Eaciden succedere vota nepotem
Jussit: et amplexus in virginis ire marine.
Est sinus Emonie/ curuos falcatus in arcus.
Brachia procurrunt: vbi si foret altior vnda:
Portus erat. summis inductum est equor harenis.
Littus habet solidum: quod nec vestigia seruet:
Nec remoretur iter: nec opertum pendeat alga.
Myrtea sylua subest bicoloribus obsita Baccis.
Est specus in medio: Natura factus/ an arte
Ambiguum. magis arte tamen: quo sepe venire
Frenato delphine sedens Theti nuda solebas.
Illic te Peleus: vt somno victa iacebas:
Occupat: et quoniam precibus tentata repugnas/
Vim parat/ innectens ambobus colla lacertis:
Quod nisi venisses variatis sepe figuris
Ad solitas artes: auso foret ille potitus.
Sed modo tu volucris. volucrem tamen ille tenebat.
Nunc grauis arbor eras: herebat in arbore Peleus.
Tertia forma fuit maculose Tigridis. illa
Territus Eacides a corpore brachia soluit.
Inque Deos pelagi vino super equora fuso:
Et pecoris fibris: et fumo thuris adorat/
Donec Carpatius medio de gurgite Vates
Eacide dixit: thalamis potiere petitis.

rez. Quare Peleus Thetida in speluncam quiescentem frustra est amplexus: nam Dea cum in volucrem: et arborem conuersa a Peleo non dimitteretur: in Tigridem se transfigurauit: cuius feritatis territus Peleus eam dimisit. Admonitus autem a Proteo: vt eam dormientem et vinculis ligaret/ et quamuis in mille varias figuras conuerteretur/ eam ipse detineret/ donec in pristinam redisset formam: illa tandem est potitus ex qua Achillem suscepit. Pulchra autem phantasia varias Thetidis transfigurationes poeta describit. ¶ Neccaui. Jouis. ¶ Quam soceri. Nerei. Nam Thetis Nerei filia fuit. ¶ Siquidem Jouis esse nepotem. nam multis inquit nepotibus esse Jouis contigit. Siquidem vero interdum vna est dictio/ vt hoc loco. interdum due: idque facile ex ipso digno scitur sensu. ¶ Coniunx Dea contigit vni: vxor inquit Dea soli Peleo obuenit. ¶ Vde. humide. nympha enim fuit marina. ¶ Quamuis. quamuis Thetidis amore Juppiter teneretur. ¶ Haud tepidos ignes. vehementes amores. ¶ Connubia. nuptias. ¶ Eaciden. Peleum Eaci filium Jouis ex Egina nepotem. ¶ Est sinus Emonie. Topographia est. Describit ei specum/ in quo Thetis fessa redescere solebat. ¶ Emonie. Thessalie. ¶ Falcatus. in situ dinem falcis figuratus: est autem nomen siue participio a falce declinatum. ¶ Brachia procurrunt. promontoria/ que brachia videntur/ in mare protenduntur. ¶ Seruet. custodiat. ¶ Remoretur. retardet. ¶ Pendeat. suspensum sit.

Siquidem:

Falcatus

☞ CVP

Tu modo: cum gelido sopita quiescit in antro:
Ignaram laqueis/vinclisque innecte tenaci.
Nec te decipiat centum mentita figuras.
Sed preme quidquid erit/dū qd fuit ante reformet.
Dixerat hec Proteus: & condidit equore vultum:
Admisitque suos in verba nouissima fluctus.
Pronus erat Titan: inclinatoque tenebat
Hesperium temone fretum. cum pulchra relicto
Nereis ingreditur consueta cubilia fluctu:

¶ Thetis victa.
Non vicit Thetiden parens Achillis.
Sed vatis monitus fuere posti.

Vix bene virgineos Peleus inuaserat artus:
Illa nouat formas: donec sua membra teneri
Sensit: & in partes diuersas brachia tendit.
Tūc demū ingemuit. neque ait sine numine vincis/
Exhibita estque Thetis. cōfessam amplectit heros:
Et potitur votis: ingentique implet Achille.
¶ Felix & nato: felix & coniuge Peleus.
Et cui si demas iugulati crimina Phoci:
Omnia contigerant. fraterno sanguine sontem:
Expulsumque domo patria: Trachinia tellus
Accipit: hic regnum sine vi. sine cede regebat
Lucifero genitore satus: patriumque nitorem
Ore ferens Ceyx: illo qui tempore mestus:
Dissimilisque sui/fratrem lugebat ademptum.
Quo postquā Eacides fessus/curaque/viaque
Venit: & intrauit paucis comitantibus vrbem:
Quosque greges pecorū: q̄ secum armēta trahebat:
Haud procul a muris sub opaca valle reliquit/
Copia cum facta est adeundi tecta tyranni:
Velamenta manu pretendens supplice/quis sit:
Quoque satus memorat. tantum sua crimina celat:
Mentiturque fuge causam: petit vrbe/vel agro
Se iuuet. hunc contra placido Trachinius ore
Talibus alloquitur. medie quoque commoda plebi
Nostra patent Peleu. nec inhospita regna tenem?.
Adiicis huic animo monimenta potentia: clarum
Nomen/auumque Iouē/ nec tēpora perde precando.
Quod petis omne feres: tuaque hec p parte vocato/
Qualiacunque vides. vtinam meliora videres.
Et flebat. moueat tantos que causa dolores:
Et Peleus/comitesque rogant: quib? ille profatur.

¶ Dedalion in accipitrem.
Ob Chionen Parnaten tuo me vertice misi:
Non pereo: accipiter fio ego & ob Chionen.

Forsitan hanc volucrem: rapto que viuit: & omnes
Terret aues: semper pennas habuisse putetis.
Vir fuit: & tanta est animi constantia: quantum
Acer erat, belloque ferox/ad vimque paratus

RAPH. ☞ ¶ Myrtea sylua subest. hoc ē sylua myrtis cōsita illi adiacet sinui. Sed esse ait illū altū: qd ex physicorum sniā mare q̄ terra alti? est. ¶ Obsita. cōsita. Ppositio nāque p prepositiōe posita est. ¶ Occupa. inuadit. ¶ Ad solitas artes. ad cōsuetas tibi trāsformationes. ¶ Auso. re tētata: & cōcubitu appetito. ¶ Carpathi? vates. Proteus: qui in Carpathio habitat mari: a Carpatho insula dicto ¶ Thalamis petit. nuptiis optata. ¶ Innecte. cōnecte: collige. ¶ Cētū mētita figuras. mutata in cētū falsas figuras. Est aūt numer? finit? pro infinito posit?. ¶ Sed preme. cōprime: ac retine. ¶ Dū quod fuit ante reformet. hoc est dum in pristinā redeat formā. ¶ Su. flu. marinas vndas. ¶ Incli. te. inclinato curru. Partem eī pro toto posuit. Curr? autē solis cum tēdit ad occasum descēdere videtur. ¶ Hesperium fretū. Atlāticū mare: in quod sol cōdi videt. ¶ Consueta cubilia. solitā speluncam. ¶ Relicto fluctu. derelicto mari. ¶ Donec sua mēbra teneri Sēsit. donec se ligatam esse sensit. ¶ Sine numie. sine auxilio numinis alicuius & dei. ¶ Exhibita estque Thetis. i. in figuram Thethidis est conuersa. ¶ Ingenti Achille. semie ex quo magn? Achilles est natus.

LACT. ¶ Fabule. viij. xj. libri Argumētū. ¶ Felix & nato felix &c. Pele? fratre Phoco interēpto profugus Trachina ad Ceycem Luciferi filiū venit: susceptusque ab eo merēte causam meroris ab ipso audiuit: huic Ceyci namque frater erat Dedalion habens filiam

Chionē speciosissimā: que cum ab Apolline & Mercurio amaretur: a Mercurio per quietem compressa est. Item ab Apolline in anum verso: horum altero Autolycum furacissimū: qui ex albis nigra: & ex nigris alba fecit procreatum. Ex Apolline vero Philemona studiosissimū cythare. Hec etiā gloriaz tam qd cuz talibus concubuisset deis diane se pulchritudini pretulisset: itaque dea cōfestim vt debuit procacē eius linguaz sagitta traiecit: atque ex eo vulnere est subito interempta. Qua calamitate Dedallon cum se codē rogo vellet cōsumi: neque eum primi paterent: vt furiis instinct? montē Parnasum petisset: & se precipitasset: antequam radicē montis contingeret: ab Apolline in volucrē accipitrem est conuersus. ☞ ¶ Iugula. phoci. Phocus Eaci filius ex Psamathe nympha a Peleo fuit interfect?. Quare Peleus a patre in exilium eiectus ad Ceycem Trachine regē infelicē Dedalionis fratris casuz lugentē confugit. Nā Dedalion Luciferi filius Chionē filiā habuit: que cū iam ex Mercurio Autolycum: ex Apolline Philemonē genuisset: Diana se formosiorez esse iactauit. Quare dea irata sagittis eā confecit: cuius morte Dedaliō tātū concepit dolorem: vt ex Parnasi vertice se in mare precipitaret. Sed Apollo nō immemor voluptatis: quā de illi? filia ceperat: eū in accipitrē antequam in mare caderet cōmutauit ¶ Omnia cōtigerāt ad felicitatem facientia intelligam? ¶ Trachinia tell?. Trachin q̄ et Trachea dr: vrbs est

RAPH: Phocus:
Ceyx:
Dedalio:

 ☞ Thes

Nomine Dedalion: illo genitore creatus:
Qui vocat Auroram: celoq; nouissimus exit.
Culta mihi pax est. pacis mihi cura tuende/
Coniugiq; fuit. fratri fera bella placebant.
Illius virtus gentes/regesq; subegit:
Que nunc Thisbeas agitat mutata columbas.
Nata erat huic Chione: que dotatissima forma
Mille procis placuit/bis septem nubilis annis.
Forte reuertentes Phebus/Maiaq; creatus:
Ille suis Delphis. hic vertice Cylleneo
Uidere hanc pariter. pariter traxere calorem.

¶ Chione Dedalionis filia.
Persit Atlantiades: me pressit Apollo: Dianam
Culpaui: passa est spicula lingua dee.

Spem Ueneris differt in tempore noctis Apollo.
Non fert ille moras: virgaq; mouente soporem
Uirginis os tangit. tactu iacet illa potenti.
Uimq; Dei patitur. Nox celum sparserat astris.
Phebus anum simulat. prereptaq; gaudia sumit.
Ut sua maturus compleuit tempora venter:
Alipedis de stirpe Dei versuta propago
Nascitur Autolycus/furtū ingeniosus ad omne:
Qui facere assuerat patrie non degener artis
Candida de nigris: et de candentibus atra.
Nascitur e Phebo (namq; est enixa gemellos)
Carmine vocali clarus/citharaq; Philemon.
Quid peperisse duos. et Diis placuisse duobus:
Et forti genitore/et progenitore Tonante
Esse satam prodest: an obest quoq; gloria multis:
Obfuit huic certe. que se preferre Diane
Sustinuit: faciemq; Dee culpauit. at illi
Ira ferox mota est: factisq; placebimus inquit.
Nec mora. curuauit cornu: neruoq; sagittam
Impulit: et meritam traiecit arundine linguam.
Lingua iacet: nec vox/tentataq; verba sequuntur:
Conantemq; loqui/cum sanguine vita reliquit.
Quā miser (o pietas) ego tunc: patrioq; dolorem
Corde tuli. fratriq; pio solatia dixi.
Que pater haud aliter q̄ cautes/murmura ponti
Accipit: et natam delamentatur ademptam.
Ut vero ardentem vidit: quater impetus illi
In medios fuit ire rogos: quater inde repulsus
Concita membra fuge mandat: similisq; iuuenco
Spicula Crabronum pressa ceruice gerenti.
Qua via nulla ruit. iam tum mihi currere visus
Plus homine est: alasq; pedes sumpsisse putares.
Effugit ergo omnes: velox q; cupidine leti
Uertice Parnasi potitur/miseratus Apollo/
Cum se Dedalion saxo misisset ab alto:

Trachin. Trachis.
¶ Thessalie sub Oeta mōte ab Hercule edificata: ἀπὸ τῆς τραχύτητος hoc est ab asperitate dicta: vñ Thracinus deriuat. ¶ Lucifero genitore satus: Ceyx Phosphori h. est Luciferi fuit filius: Halcyōesq; maritus. ¶ Dissimilis sui. nā per se quādā hilaritatē antea ferre consueuerat: q̄ tunc in mesticiā fuerat cōuersa ¶ Ffem adē ptū. Dedalionē in accipitrē cōmutatū. ¶ Uelamēta. ramū oliue dicit q̄ ab externis: q̄ pacē afferebāt gestabat. vñ Uergil. In viij. Eneid. Tum pater Eneas puppi sic fat ab alta: Paciferēq; manu ramū p̄tendit oliue. ¶ Sua crimina. Phoci fratris cedē. ¶ Mētiturq; fuge rām. falsā fuge causam refert. ¶ Medie plebi. infime. ¶ Patent. parata sūt. Hac autē orone Ceyx se in oēs benignissimū esse ostendit ¶ Inhospita. i. hospitalta. ¶ Huic alo. nō alo p se benigno / ac liberali. ¶ Oē irres. habebis: acripies ¶ Meliora feliciora ¶ Peleusq; comitesq; rogant. sic q̄dē corrupte legitur: nec; em rō carminis patit: vtq; copula breuis pducat. Quare illa q; erasa hāc copulā et in ¶ lias principio putant reponendā. ¶ Que raptor luit. rapina. Accipitris autē est piphrasis. ¶ Qui vocat aurorā Luciferi piphrasis. Nā Lucifer et p̄mus stellarū icipit et vltimus lucere desinit ¶ Tuēde. cōseruādr. ¶ Thisbeas columbas. Thisbe vrbs est Beotie a Thisbe Asopi filia cognoiata colūbis abūdās: vñ Thisbeus declinat. Portus ēt et nauale Thisbeorū (vt ait Stephanus ex snia Epaphroditi) columbis plenū

Autolycus.
Philemon.
Thisbe.
Dedalion i auē.

erat. ¶ Agitat. verat: psequit. Accipitres nāq; maxime colūbas infestant. ¶ Nata erat huic Chione. ab exi mio cādore forsitā sic fuit appellata. Nā Chione nix interp̄tat. ¶ Maiaq; creat⁹. Mercurius. ¶ Hic vertice Cylleneo h. Mercuri⁹/ a Cyllene Arcadie mōte: vbi Mercuri⁹ ipse nat⁹ esse fingit. ¶ Parit traxere calorē. vna ambo ceperūt amare ¶ Mouēte soporē. inducēte somnū. ¶ Iacet. in somnū resoluit. ¶ Prerepta gaud. antea a Mercurio rapta. ¶ Alipedis dei. Mercurij: talaria alata in pedib⁹ gestātis. Qd idcirco fingit: q; Mercurius velocissim⁹ est omniū planetarū. ¶ Uersuta. astuta: callida: q̄ nigrū i cādida vertere scat. ¶ Cād da d nigr. hoc de astutis: versutisq; dici solet. ¶ Carmine vocali. cātu sonoro ac suaui. ¶ Progenitore Tonāte. auo Joue qui Luciferi pater est. ¶ Curuauit cornu. flexit arcum ex cornu cōfectū: est enī metonymia. ¶ Arūdine. sagitta ex arūdine et calamo fctā. ¶ Uerba tentata. q̄ rhione emittere conata est. ¶ Sequūtur. linguā subaudiamus. ¶ Quā miser ego tunc. fui subaudiat. Cū q̄dā exclamatiōe aūt hec esse runt: ac si diceret. O q̄tū miser ego tunc fui. ¶ O pietas. exclamatio affectui seruiēs. ¶ Delamētat. valde lamētat: vt deamare valde amare dicimus. ¶ Spicula Crabronū. Crabro volatile est: vt vespa marie iuuēcos infestans. ¶ Alasq; pedes. iā em in accipitrē p̄ticept⁹ erat. ¶ Cupidine leti. cupiditate mortis. ¶ Uertice Parnasi pouit. i. p̄tā

Delamētari.
Crabro.

LAPH. ...cem: ac summitatẽ Parnasi ascendit ¶Ab alto saxo. monte. ¶Subitis alis. subito natis. ¶Ora adunca. rostrũ aducũ. ¶Maiores corpore vires: maiores q̃ vt illi tã paruo corpori cõuenirẽt. ¶Nulli satis equus. rapto enĩ vt vit accipiter. Sexdecim aũt accipitrũ genera esse scribit Pli. q̃ si q̃s nosse cupit/ inde petat. Illud sciẽdum apud priscos accipitres mansuescere nõ ɔsuesse: id qđ facile: cum ex aliis/ q̃ de accipitribus scribunt/ tũ ex his Plinij v̇bis colligi põt. In Thraciae parte sup Amphipolim hoies: atq; accipitres societate q̃dã aucupãt. Hi ex sylvis & arundinet excitãt aues: illi supuolãtes deprimũt: rursus captas aucupes diuidũt cũ his. Traditum est missas in sublime ibi excipe eos: & cũ tp̃s sit capture clãgore: ac volat⁹ genere inuitare ad occasiõez. Deniq; Plinius de mãsuet accipitrib⁹ ne vnũ q̃dẽ v̇bũ facit/ neq; q̃ tacitur⁹ si tpe suo i vsu fuissẽt.

Accipiter

¶Fabulae. ix. libri xi Argumentũ.

LACT. ¶Que dũ Lucifero &c. Auctor pastor armẽtoꝝ: quem Peleus ad Ceyca pduxerat/ indicat a lupo/ cui obsisti neq̃ret/ custodẽ interimi: qui vt intellerit famareo Nereidis id sibi accidere: qđ Phoc⁹ ea etate Eaco genit⁹ a se iterisset/ & id p̃rib⁹ q̃ vltione esset ledãdũ: supplicit ab ea petiit: ne vltra pleq̃ret admissũ/ que aliq̃si Thetis sororis mota p̃cib⁹ ne ampli⁹ fera armẽta petẽs seuiret: in saxi eã figurã vertit.

RAPH. ...¶De ɔsor. suo. fratre suo Dedalione. Lupi aũt q̃ Pelei armenta lacerabat: Metamorphosin in

Fecit auem: & subitis pendentem sustulit alis.
Oraq; adũca dedit: curuos dedit vnguib⁹ hamos
Uirtutem antiquam. maiores corpore vires.
Et nunc Accipiter nulli satis equus/ in omnes
Seuit aues aliisq; dolens fit causa dolendi.
¶Que dum Lucifero genitus miracula narrat
De consorte suo: cursu festinus anhelo
Aduolat armenti custos Phoceus Anetor/
Et Peleu/ Peleu: magne tibi nuntius adsum
Cladis ait: quodcunq; ferat: iubet edere Peleus
Pendet & ipse metu trepidi Thrachinius oris.
Ille refert/ fessos ad littora curua iuuencos
Appuleram medio cum Sol altissimus orbe
Tantum respiceret: quantum superesse videret:
Parsq; boum fuluis genua inclinarat harenis:
Latarumq; iacens campos spectabat aquarum.
Pars gradibus tardis illuc errabat/ & illuc.
Namq; alij: celsoq; extant super equora collo.
Tẽpla mari subsunt: nec marmore clara/ nec auro:
Sed trabibus densis/ lucoq; vmbrosa vetusto.
Nereides/ Nereusq; tenent. hos nauita ponti
Edidit esse deos: dum retia littore siccat.
Iuncta palus huic est; densis obsessa Salictis:
Quam restagnantis fecit maris vnda paludem.
Inde fragore graui strepitus/ loca proxima terret
Bellua vasta lupus: syluisq; palustribus exit/
Oblitus & spumis/ & crasso sanguine rictus
Fulmineus: rubra suffusus lumina flamma.
Qui quanq̃ seuit pariter rabieq; fameq;/
Acrior est rabie: neq; enim ieiunia curat
Cede boum/ diramq; famem finire: sed omne
Uulnerat armentum: sterniq; hostiliter omnes.
Pars quoq; de nobis funesto saucia morsu:
Dum defensamus: leto est data. sanguine littus/
Undaq; prima rubet: demugiteq; paludes.
Sed mora damnosa est: nec res dubitare remittit.
Dum superest aliquid: cuncti coeamus ad arma:
Arma capessamus: coniunctaq; tela feramus.
Dixerat agrestis. nec Pelea damna mouebant.
Sed memor admissi Nereida colligit orbam/
Damna suo inferias extincto mittere Phoco.
Inducere arma viros: violentaq; sumere tela
Rex iubet Oeteus: cum quis simul ipse parabat
Ire. sed Halcyone coniunx excita tumultu
Prosilit: & nondum totos ornata capillos:
Disiicit hos ipsos: colloq; infusa mariti:
Mittat vt auxilium sine se/ verbisq; precatur/
Et lachrymis/ animasq; duas: vt seruet in vna.

lin in saxis subterit poeta. ¶Cursu festin⁹ anhelo. hypallage est. Festino siq̃dẽ cursu illũ anhelãtẽ venisse intelligim⁹. ¶Phoce⁹ Anetor. a Phocide ragiõe Phoce⁹: Phocaeusq; declinatur. ¶Et Peleu Peleu. ɔduplicatio subitũ malũ nũtiãti maxime ɔuenitẽs. ¶Trepi. oris trepide nũtiãtis. ¶Pẽdet. suspẽsus licit⁹ est. ¶Tm̃ respiceret. piphrasis meridiei ¶Cãpos latarũ aq̃rũ equor. ¶Gradib⁹. passib⁹ ¶Tẽpla mari subsunt. adsunt: iuxta mare sunt. ¶Edidit. dixit. ¶Huic. luco subintelligatur. ¶Restagnãtis. effluentis Elegãter autem describit locũ luporũ latebris accõmodatũ ¶Inde. ex ea palude. ¶Oblit⁹. infect⁹. Est aũt synegdoche. Rict⁹ enĩ oblitos rictos habẽs intelligitur. ¶Fulmine⁹. instar fulminis oia psternẽs ¶Funesto morsu. mortali. ¶Saucia. vulnerata. ¶Leto data. iterfecta. ¶Defensam⁹. defendere conam⁹. ¶Demugiteq; paludes. mugitu boũ replete. est aũt par ticipiũ cõtra grammatices rõnem formatũ. ¶Remittit. permittit. ¶Arma capessamus. anadiplosis pulchra exhortationi accõmodata. ¶Agrestis. pastor. ¶Admissi. cõmissi: fraterne cedis. ¶Nereida colligit orbẽ. hoc est ratiocinat Psamathẽ nympham Phoci matrẽ filio liberias mittere. ¶Rex Oete⁹. Ceyx rex Trachinis q̃ ɔterminus est Oete monti. A q̃busdã Etheri⁹ legitur: hoc est sydereus et splẽdidus. ¶Excita. euocata ex intima edium parte ac Gyneceo. Significat aũt Halcyonẽ de viri salute quẽ ve-

Demugitus.

Themẽ

Eacides illi.pulchros regina:plosq3
Pone metus plena est promissi gratia vestri.
Nō placet arma mihi cōtra noua monstra mouere
Numen adorandum pelagi est.erat ardua turris.
Arce locus summa:fessis loca grata carinis.
Ascendunt illuc:stratosq3 in littore tauros
Cum gemitu aspiciunt:vastatoremq3 cruento
Ore ferum:longos infectum sanguine villos.
Inde manus tendens in aperti littoris ponti:
Ceruleam Peleus Psamathen:vt finiat iram
Orat:opemq3 ferat.nec vocibus illa rogantis
Flectitur Eacide.Thetis hanc pro ɔiuge supplex
Accepit veniam sed enim irreuocatus:ab acri
Cede Lupus perstat dulcedine sanguinis asper:

¶Lupus in saxum.

Qui lupus Eacide armentum lacerare solebat
Nunc commutato est corpore marmoreus.

Donec inherentem lacera ceruice iuuence
Marmore mutauit.corpus:pariterq3 colorem:
Omnia seruauit.lapidis color indicat illum
Iam non esse Lupum.iam non debere timeri.
¶Nec tamen hac profugū consistere Pelea terra
Fata sinunt.Magnetas adit vagus exul:ꝛ illic
Sumit ab Emonio purgamina cedis Acasto.
Interea:fratrisq3 sui:fratremq3 secutis
Anxia prodigiis turbatus pectora Ceyx:
Cōsulat vt sacras(hominū oblectamina) sortes.
Ad Clariū parat ire Deum.nam tēpla profanus
Inuia cū Phlegyis faciebat Delphica Phorbas.
Consilii tamen ante sui fidissima.certam
Te facit Halcyone:cui protinus intima frigus
Ossa receperunt:buxoq3 simillimus ora
Pallor obit:lachrymisq3 gene maduere profusis.
Ter conata loqui:ter fletibus ora rigauit.
Singultuq3 pias interrumpente querelas:
Que mea culpa:tuam dixit charissime mentem
Vertit:ubi est:que cura mei prior esse solebat:
Iam potes Halcyone securus abesse relicta:
Iā via longa placet:iam sum tibi charior absens:
At puto per terras iter est:tantumq3 dolebo:
Non etiam metuam:cureq3 timore carebunt:
Equora me terrent:ꝛ ponti tristis imago:
Et laceras nuper tabulas in littore vidi.
Et sepe in tumulis sine corpore:nomina legi:
Neue tuum fallax animum fiducia tangat:
Quod socer Hippotades tibi sit:q̄ carcere fortes
Contineat ventos:ꝛ cum velit equora placet
Cum semel emissi tenuerunt equora venti:
Nil illis vetitum est:incommendataq3 tellus

RAPH. ¶Themē(?)tissime amabat:maxie sollicitā esse.¶In vna. nam Halcyones vitā a Ceycis vita pepēdisse exitus fecit manifestū.Eo nāq3 i mari submerso ipsa quoq3 vitā dolore finiuit.¶Eacides illi.inqt verbū:qd facile subaudit:fuit p̄missū.¶Plena est.perfecta atq3 cumulata.¶Numē Pelagi.Psamathe nympha marina.
Turris. ¶Ardua turris.alta.Turris sūt a terrēdis hostib9 dicta videt.¶Fessis loca grata carinis illaz nāq3 naute aspiciētes in portū naues dirigebant:seq3 terreppinquos esse cognoscebāt.¶Inde.ab illa turri.¶In littora.versus littora.¶Aperti ponti.maris late patētis.
Psamathe. ¶Psamathen.Psamathe nympha fuit Nerei filia ꝛ Phoci mater.¶Eacide rogātis.Pelei p̄cātis.illi nāq3 fuerat irata:eoq3 p̄cib9 illi9 nihil mouebat.¶Sed eni irreuocatus ab acri Cede lupus p̄stat.sed eni lup9 ferox:inqt imperterritus p̄stat in acri cede dulcedine sanguinis allect9.¶Marmore mutauit.i marmor.Thetis aūt subaudit.
Lycon. Locus ꝯo ipse quo lup9 i saxū fuit trās mutat9:Lyciō fuit appellat9 ἀπὸ τοῦ λύκου.i.a lupo.

¶Fabule.x.lib. xi.Argumētū.

LACT. ¶Nec iā hac.p̄fugū ɔsistere ꝛc.Ceyx Luciferi filius:p̄digiis agitat9 Miletū ad oraculū Apollinis:qm Delphos Phorbas cū Phlegyis infestabat:ꝯtēdit:ɔiugiq3 Halcyone Eoli filie tradēti p̄fectionē ob desyderiū affirmauit intra alterū mēsem se reuersuruz:qd vt non posset prestare naufragio vitā amisit.Cui9 aduētū cū illa desyderaret.nō respō

dētem temp9 re bestiatoꝛ i dies grauissimo luctu afficeretur:misericordia Iunonis:quam ipsius precibus fatigabat:per quietē somnus eius filius ad idē ꝯū Morphea imitatorē figuraꝝ miss9 est:cui9 frater a diis Iceon:ꝛ ho[m]ib9 Phetetor appellat:ꝛ qui inuarias figuras haberi solitus est.Item Hipathesus Thrachinā ad Halcyonē dimiserat:que coniugē cōperit interiisse.Excusso ergo sopore lumen inferri iussit.Agnitū ꝯo periisse:nouissime ad littus decurrit:vbi illū dimiserat.Et vt naufragi exanime corpus fluctuari proximo littore ꝯspexit i figurā volucris Eolia cessit:que ab eius noīe vocat.in eandem speciē corpus Ceycis est versum.Ne volucres hyberno tempore per septem dies in mare nidū ponūt:pullosq3 qui calus suoꝝ matorum deplorēt:in littore exponūt.
RAPH. ¶Magn.adit.Magnetes ꝯp̄ti sūt Thessalie eq̄tū domitores clarissimi.
Magnetes. ꝺ qb9 Lucā.l.vi.Et magnetes eq̄s:Minye gēs cognita remis.Magnesia ꝯo est regio thessalie.
Magnesia. Est etiā magnesia vrbs iuxta meādrū ꝛ regio a Magnete dicta.
Acastus. ¶Ab Emon.Aca.Acast9 rex fuit thessalie Pelie filius vt ex Sene.Medea colligit.Is vxorē duxit creteidē:vl(vt q̄dā aiūt)hippolytē:
Creteis. q̄ q̄dē Pelei amore capta ē.Spta aūt illū marito accusauit q̄ se ꝺ stupro intēpellasset.q̄re acast9 Peleū iāq3 ad vēatōez i pelio mōtē ex vrbe eduxit:alliq3 pēt9 i ermē reliq̄t vt a feris iterferet:sz mercuri9 vl chirō(sz aliq̄a)illi ē opitulat9 dditq3 ēsez a vulcano fabricatū q̄ ꝛ feras occur

rētes

Omnis: ⁊ omne fretũ est: celi quoqꝫ nubila vexãt:
Excutiuntqꝫ feris rutilos concursibus ignes.
Quo magis hos noui (nam noui) ⁊ sepe paterna
Parua domo vidi / magis hos reor esse timẽdos.
Quod tua si flecti precibus sententia nullis
Chare potest cõiunx: nimiumqꝫ es certus eundi:
Me quoqꝫ tolle simul. certe iactabimur vna.
Nec nisi / que patiar / metuam: pariterqꝫ feremus
Quidquid erit: pariter sup equora lata feremur
Talibus Eolidis dictis / lachrymisqꝫ mouetur
Sydereꝰ coniunx. neqꝫ eñi minor ignis in ipso est.
Sed neqꝫ proposito Pelagi dimittere cursus:
Nec vult Halcyonen in partem adhibere pericli:
Multaqꝫ respondit timidum solantia pectus.
Non tamen idcirco causam probat. abdidit illis
Hoc quoqꝫ lenimen: quo solo flexit amantem
Longa quidẽ est nobis omnis mora. sed tibi iuro
Per patrios ignes (si me modo fata remittant)
Ante reuersurum: q̄ Luna bis impleat orbem.
His vbi promissis spes est admota recursus:
Protinus eductam naualibus / equore tingi:
Aptariqꝫ suis pinum iubet armamentis.
Qua rursus visa veluti presaga futuri
Horruit Halcyone: lachrymasqꝫ amisit obortas: ⁊
Amplexusqꝫ dedit: tristisqꝫ miserrima tandem
Ore vale / dixit: collapsaqꝫ corpore toto est.
At iuuenes querente moras Ceyce / reducunt
Ordinibus geminis ad fortia pectora remos:
Equaliqꝫ ictu scindunt freta. sustulit illa
Humentes oculos: stantemqꝫ in puppe recurua:
Concussaqꝫ manu dantem sibi signa maritum
Prima videt: redditqꝫ notas. vbi terra recessit
Longius: atqꝫ oculi nequeunt cognoscere vultus:
Dum licet: insequitur fugientem lumine pinum.
Hec q̃qꝫ / vt haud poterat spacio summota videri:
Uela tamen spectat summo fluitantia malo.
Ut nec vela videt: vacuum petit anxia lectum:
Seqꝫ toro ponit. renouat lectusqꝫ / locusqꝫ /
Halcyones lachrymas: ⁊ q̄ pars admonet: absit.
Portubus exierant: ⁊ mouerat aura rudentes:
Obuertit lateri pendentes nauita remos:
Cornuaqꝫ in summa locat arbore: totaqꝫ malo
Carbasa deducit / venientesqꝫ accipit auras.
Aut minus / aut certe mediũ non amplius equor.
Puppe secabatur: longeqꝫ erat vtraqꝫ tellus:
Cum mare sub noctem tumidis albescere cepit
Fluctibus: ⁊ preceps spirare valentius Eurus.
Ardua iamdudum demittere cornua rector

Raph. ☞ Fratres interfecit: ⁊ in vrbem reuersus Acasti vxorem: ipsumqꝫ Acastum (vt quidã aiunt) interemit. ¶ Interea fratrisqꝫ sui Ceyx / Luciferi filius fratris casu admoduz sollicitus ad Clarium oraculum consulendum ire cum vellet: diu ab Halcyone vxore sua retardatus. Cum vero illi promisisset se intra duos menses reuersurum: abire permissus est. Sed in Egeo tempestate deprehẽsus / naufragiũ fecit: nauiqꝫ amissa vna cum socijs submersꝰ: quez vxori pmiserat reditum: prestare nõ potuit. Uxor aũt cũ quotidie pro mariti salute Diis omnibus: Junoniqꝫ i primis solueret: opera illius per somnum admonita est: maritũ in mari perisse. Quare expergefacta ad littus vnde soluerat maritꝰ accessit. ac dũ infortunia sua q̄reretur: cadauer i mari lõgiꝰ accessit: q̄ cuz mariti esse cognouisset ad illudqꝫ p vndas exilire vellet: i auez Halcyonẽ conuersa / ad os mariti aduolauit: q̄ miseratione Deorum pie vxoris oscula sentiens in eiusdẽ generis auez ipse q̄qꝫ fuit trãsfiguratus. Ab his autẽ aulbꝰ piũ. dies Halcyonũ sunt dicti: q̄bus mare quietum est. Naz tẽpore brume nidificant: ac dũ et excludãt pullos et educent / mare omni tẽpestate caret. ¶ Anxia pectora turbatus: synegdoche poetica: hoc est sollicitũ aĩz ⁊ turbatum hñs. ¶ Prodigijs: ista fuit. cuiꝰ filia Diane sagitta subito fuerat interfecta. ¶ Fratremqꝫ secutis: q̄ i accipitrẽ fuerat ɔmutatꝰ. ¶ Hominũ oblectamina: mortaliũ oblectamẽta: nõ infortunioꝝ remedia.

media. ¶ Ad Clarium Deũ: ad oracula Clarij Apollinis: q̄ oli in Lycia fuerũt. Nã Claros vrbs ẽ Lycie apollis oraculo clarissima. ¶ Nã tẽpla Delphica: tacite obiectiõi occurrit. ¶ Profanꝰ phorbas. Phorbas phlegyaꝝ rex fuisse phibet: ac ꝯ Delphos bellum suscepisse. Phlegye autẽ ppli fuerunt Thessalie aduersus Deos impij: q̄ tãdẽ a Neptuno diluuio immisso fuerẽt deleti. ¶ Profanꝰ: sacrilegus: q̄a nulla sacroꝝ curã tãgebat. ¶ Te facit certaz: in soluta õrone certiorẽ diceremus. est aũt apostrophe ad Halcyonẽ. ¶ Cui ptinꝰ intima frigus Ossa receperũt: id est q̄ statim tremere cepit. ¶ Receperũt: ɔceperũt: traxerũt. ¶ Obit occupat. ¶ Rigauit madefecit. Eleganter aũt effingit mores vxoris maritũ efficacit dsmãtis. ¶ Pias q̄relas: a pio amore pueniẽtes lamẽtationes. ¶ Uertit: ɔuertit: cõmutauit. ¶ Securus. sine vlla metu cura. ¶ Tristis imago põit: aspa facies maris. ¶ In tumulis: sepulchris. ¶ Sine corpe: erãt nãqꝫ Cenotaphia: hoc ẽ inania sepulchra. ¶ Hippotades: Eolus Hippote Troiani nepos: filius aũqꝫ fuit Jouis ex Segesta Hippote filia. ¶ Placet: mitigat. ¶ Incõmutata sic q̃dẽ legebat: sed nihil sensui cõuenire videt: Incõmendata pro marie q̄drare: vt intelligamus neqꝫ terrã / neqꝫ mare vẽtis esse cõmẽdata: sz violẽter pturbari atqꝫ vastari. ¶ Excutiuntqꝫ feris ex ɔcursu nubiũ vt scribunt physici fulmina gñantur. ¶ Rutilos ignes: fulmia. ¶ Eolidis: halcyões eoli filie.

Claros. Phorbas. Phlegye. Profanus. Facere certum. Hippotades.

☞ ¶ Insula

Clamat:ꝛ antennis totum subnectite velum.
Hic iubet. impediunt aduerse iussa procelle.
Nec sinit audiri vocem fragor equoris vllam.
Sponte tamen properant. alij subducere remos.
Pars munire latus. pars ventis vela negare.
Egerit hic fluctus: equoꝛq̨ refundit in equoꝛ.
Hic rapit antennas. que dum sine lege geruntur:
Aspera crescit hyems: omniq̨ a parte feroces
Bella gerunt venti: fretaq̨ indignantia miscent.
Ipse pauet: nec se quis sit status/ ipse fatetur
Scire ratis rectoꝛ. nec quid iubeatue: velitue.
Tanta mali moles: tantoq̨ potentioꝛ arte est.
Quippe sonant clamoꝛe viri. stridoꝛe rudentes.
Undarum incursu grauis vnda. tonitribus ether.
Fluctibus erigitur: celumq̨ equare videtur
Pontus:ꝛ inductas aspergine tangere nubes.
Et modo cum fuluas ex imo vertit harenas:
Concoloꝛ est illis. Stygia modo nigrioꝛ vnda:
Sternitur interdum: spumisq̨ sonantibus albet.
Ipsa quoq̨ his agitur vicibꝰ Trachinia puppis.
Et nunc sublimis veluti de vertice montis
Despicere in valles: imumq̨ Acheronta videtur.
Nunc vbi demissam curuum circunstetit equoꝛ:
Suspicere inferno summum de gurgite celum.
Sepe dat ingentem fluctu latus icta: fragoꝛem.
Nec leuius pulsata sonat: q̄ ferreus olim
Cum laceras aries: ballistaue concutit arces.
Utq̨ solent sumptis incursu viribus/ ire
Pectoꝛe in arma feri: protentaq̨ tela leones:
Sic vbi se vētis commiserat vnda cohoꝛtis:
Ibat in arma ratis: multoq̨ erat altioꝛ illis.
Iamq̨ labant cunei: spoliataq̨ tegmine cere
Rima patet: pꝛebetq̨ viam letalibus vndis.
Ecce cadunt largi resolutis nubibus imbꝛes.
Inq̨ fretum credas totum descendere celum.
Inq̨ plagas celi tumefactum scandere pontum.
Uela madent nimbis. ꝛ cum celestibꝰ vndis
Equoꝛce miscentur aque. caret ignibus ether:
Cecaq̨ nox premitur tenebꝛis hyemisq̨: suisq̨:
Discutiunt tamen has: pꝛebentq̨ micantia lumē
Fulmina. fulmineis ardescunt ignibus vnde.
Dat quoq̨ iam saltus intra caua texta carine
Fluctus. ꝛ vt miles numero pꝛestantioꝛ omni
Cum sede assiluit defense mentibus vꝛbis.
Spe potitur tandem. laudisq̨ accensus amoꝛe
Inter mille viros: murum tamen occupat vnus.
Sic vbi pulsarunt celsi latera ardua fluctus:
Uastius insurgens decime ruit impetus vnde.

Raph. ☞ ¶ Ignis amoꝛ. ¶ Propositos pelagi cursus: ppositū ac deliberatā nauigationē. ¶ Non tñ idcirco cām pbat: hoc est nō tñ idcirco coniugi psuadet: vt se discedere permittat: neq̨ discessum suum egre ferat. ¶ Per pꝛiores ignes. p Luciferi splēdorē. ¶ Quā luna bis īpleat oꝛbē: q̄ duo transeant menses. ¶ Recursus: velocis reditꝰ. ¶ Equoꝛe tingi: in equoꝛ deduci. ¶ Pinū. nauē ex pino confectam. ¶ Ueluti presaga: tāq̄ psentiēs malū futurū. ¶ Collapsa coꝛpe toꝛa est: semimoꝛtua in terrā cecidit. ¶ Querente moras Ceyce: lachrymis eñ vxoris motus discedebat inuitus. ¶ Oꝛdinibus geminis: nā bi remis erat. Ad foꝛtioꝛa coꝛpoꝛa: gestū exprimit remigātiū. ¶ Equali ictu: eq̄li pcussiōe. ād eñ exigit ars remigandi. ¶ Ubi terra recessit Longius: hoc ex vulgari sensu dictū est. neq̨ ei terra cū sit imobilis recedere pōt: Quis abeunte naue refugere videat. ¶ Dum licet: dū pōt. ¶ Fluitātia vela: se motantia. ¶ Uacuū lectū: marito carēte. ¶ Que pars absit: nā optima ps lecti aberat maritus. ¶ Poꝛtubus exierāt: e poꝛtu egressi erāt. ¶ Aura: ventus. ¶ Rudētes funes sunt nautici rudētes a strepitu: quē vēto agitati emittunt: dicti. Rudere nāq̨ quod asinoꝛū est pꝛopꝛiū videtur. ¶ Obuertit: conuertit. ¶ La teri: in latꝰ. ¶ Coꝛnua: antennarum. ¶ In summa locat arboꝛe: in summitate arboꝛis collocat a ponit. Id autem fieri solet: cum secū dus flare ceperit vētus. ¶ Carbasa. vela. ¶ Deducit. detra

Rudētes.

hit. ¶ Malo: arboꝛe nauis. ¶ Utraq̨ tellus: et a qua discesserat: et quā petebat Ceyx. ¶ Sub noctem: ppe noctem: signum est autem maxime tempestatis future cum vnde albescere videntur. ¶ Preceps Eurus: violētus. ¶ Ualentius: vehementius ¶ Ardua coꝛnua: alta. ¶ Procelle vētoꝛū īpetꝰ. Est eñ pcella (vt Seruius tradit) vis vēti cū pluuia. dicta q̄ omnia percellat et concutiat. ¶ Fragoꝛ: strepitus. ¶ Pars munire latus: ne aqua ingrediat. ¶ Pars vētis vela negare: vela complicare. ¶ Egerit: eycit. ¶ Equoꝛ: a quā maris. ¶ Refundit: reūcit. ¶ Rapit: celeriter dirahit. ¶ Sine lege: sine oꝛdie. ¶ Ab omni parte: ab oꝛiente ꝛ occidēte: a septentrione ꝛ meridie. ¶ Freta indignantia: tumescentia. ¶ Miscēt: perturbant. ¶ Nec se quis sit status: ipse fatetur Scire ratis rectoꝛ. oꝛdo est et sensus. Et ipse rectoꝛ ꝛ gubernatoꝛ nauis: fatetur se nescire quis: et qualis rerum status: aut qd iubere: velleue debeat. ¶ Tanta mali moles: magnitudo. Est autē acclamatio qua tēpestatis seuitia denunciatur. ¶ Quippe sonant: nāq̨ strepunt. Ea vero omnia describit elegantissime que in magnis tempestatibus euenire solent. ¶ Incursu: impulsu. ¶ Erigitur: extollitur. ¶ Aspergine: aspersione. ¶ Concoloꝛ est illis: eundem cum ipsis harenis habet coloꝛez. ¶ Sternitur interdū: stratū videtur ꝛ equale. ¶ Agitur: agitatur. ¶ His vicibus. mutationibus. ☞ ¶ Despic

Procelle

Achero.

☞ ¶Despicere. deorsū aspicere: interdū ɔtēnere significat. ¶Imū Acheronta infernū. Est enī Acheron vn⁹ ex inferni fluuijs ¶Suspicere. sursuz aspicere. Aliqñ mirari significat ¶Icta latus. in latere ꝑcussa. synegdoche est poetica ¶Pulsata. ꝑcussa. ¶Ferre⁹ aries. instrumētū est bellicū aries: q̄ psci ad diruendos muros vtebant. ¶Ballistaue. ballista q₃ instrumētū est bellicū: quo saxa lōge emittunt. ¶Incursu. ipetu. ¶Protēta. porrecta. ¶Inerma ratis. i nauis istrumēta: armamēta. ¶Multoq₃. multo q̄ꝫ nauis erāt altiores. ¶Cere. pice q₃ qua naues itegūt. ¶Letalib⁹ vndis. mortiferis aquis. ¶Scādere. ascēdere. ¶Caret ignib⁹ eth. syderib⁹ ether carere videbat: q̄ nulla apparebant. ¶Cecaq₃ nox. obscura. ¶Discutiūt. depellunt. ¶Ardescunt. splendescūt. ¶Intra caua texta. itra ɔcauitatē carine. ¶Omni nūero. omni multitudine. ¶Menib⁹. in muros. ¶Spe potitur tādē. hoc est tādem voti sit cōpos: i murū q̄ ascēdit. ¶Decime vnde. maxime atq₃ vastissime. Nā decia q̄q₃ vnda maxima esse videt. vt Ouidi⁹ in primo de tristib⁹ libro testat. cuz inq̄t. Qui venit hic fluct⁹: fluct⁹ supeminet oēs: Posterior nono est vndecimoq₃ prior. Hinc factum est vt decimū: decumanūq₃ p maximo amplissimoq₃ acciperet: vt dcumana porta in castris maxima: vt q̄ ab hostib⁹ foret auersa: z dcumana scuta amplissima: z decumanus in agro limes q̄ lōgissim⁹ z maxim⁹ foret. ¶Vasti⁹. validi⁹. ¶Absistit. desistit.

Suspicere.

Aries.

Ballista.

Decima vnda.

Decumanus.

Nec prius absistit fessam oppugnare carinam:
Quam velut in capte descendat menia nauis.
Pars igitur tentabat adhuc inuadere pinum.
Pars maris int⁹ erat. trepidāt haud segni⁹ omnes:
Quam solet vrbs/aliis murum fodientib⁹ extra:
Atq₃ aliis murum trepidare tenentibus intus.
Deficit ars/animiq₃ cadunt/totidemq₃ videntur
Quot veniūt fluct⁹: ruere/atq₃ irrumpere mortes.
Nō tenet hic lachrymas. stupet hic vocat ille q̄bꝰ tōs
Funera/quos maneant. hic votis numen adorat:
Brachiaq₃ ad celum: q̄ non videt/irrita tollens
Poscit opem. subeunt illi/fraterq₃/parensq₃.
Huic cū pignorib⁹ dom⁹. z quod cuiq₃ relictū est.
Halcyone Ceyca mouet. Ceycis in ore
Nulla nisi Halcyone est: z cum desyderet vnam:
Gaudet abesse tamen. patrie quoq₃ vellet ad oras
Respicere: inq₃ domum supremos vertere vultus:
Verum vbi sit nescit. tanta vertigine pontus
Feruet: z inducta piceis e nubibus vmbra
Omne latet celum/duplicataq₃ noctis imago est.
Frangitur incursu nimbosi turbinis arbor.
Frangitur z regimen: spoliisq₃ animosa superstes
Unda velut victrix: sinuataq₃ despicit vndas.
Nec leuius q̄ si quis Athon/Pindumq₃ reuulsos
Sede sua/totos in apertum euerteret equor:
Precipitata cadit: pariterq₃ z pondere/z ictu/
Mergit in ima ratem. cū q̄ qua pars magna virorū
Gurgite pressa graui: neq₃ in aera reddita/fato
Functa suo est alij partes/z membra carine
Trūca tenēt. tenet ipse manu: qua sceptra solebat
Fragmina nauigij Ceyx. socerumq₃/patremq₃
Inuocat (heu) frustra. sed plurima nantis in ore
Halcyone coniunx illam meminitq₃/refertq₃.
Illius ante oculos/vt agant sua corpora fluctus.
Optat: z exanimis manibus tumuletur amicis.
Dum natat: absentē: quoties sinit hiscere fluctus:
Nominat Halcyonen ipsisq₃ immurmurat vndis.
Ecce super medios fluctus niger arcus aquarum
Frangitur: z rupta mersum caput obruit vnda.
Lucifer obscurus: nec quem cognoscere posses:
Illa nocte fuit. quoniamq₃ excedere celo
Non licuit: densis texit sua nubibus ora.
Eolis interea tantorum ignara malorum
Dinumerat noctes: z iam quas induat ille/
Festinat vestes: iam quas vbi venerit ille:
Ipsa gerat. reditusq₃ sibi promittit inanes.
Omnibus illa quidem superis pia thura ferebat
Ante tamen cunctos Iunonis templa colebat.

stit. ¶Velut in menia. similitudo est a capi; v. dic⁹ supra: significat aūt fluct⁹ partē intra nauē irrupisse. ¶Penū nauez. ¶Trepidāt. timent. ¶Haud segni⁹. nō min⁹. Pulchra aūt simlitudine expmit timorē nautarū a tēpestate dephēsoꝝ. ¶Tenētibus. defendētibus. ¶Deficit ars. tēpestati ars succūbit. ¶Irrūpere. cū impetu itrare. ¶Nō tenet h lachrymas. ali⁹ iqt lachrymat: alius stupet: attonitusq₃ videt. ¶Funera q̄s maneāt. q exequiarū honore non priuent. ¶Hic votis numē adorat. alius inq̄t diis vota facit. ¶Subeūt illi. i mētem veniūt. ¶Cum pignorib⁹. cum liberis. ¶Tāta vertigine. euersione: pturbatione. Est aūt acclamatio qua marinus tēpestas declarat. ¶Piceis e nubibus. nigris: aqua plenis. ¶Incursu. ipetu. ¶Turbinis. venti violentioris. ¶Regimen. gubernaculū. ¶Superstes. superās: supextās. ¶Sinuata. in sinū coacta: cōuoluta. ¶Quā si quis Athon: Pindūue. montes esse Macedonie Athō: z Pindum Thessalie: superi⁹ dixim⁹. ¶Precipitata. ipulsa vētis. ¶Et ictu. ipulsu. ¶In ima. i profundū. ¶Fūcta suo fato. mortua ē. Ex snia aūt stoicorum hoc ait: q̄ oia fato fieri putant. ¶Et mēbra frusta abrupta. ¶Socerū. Eoluz. ¶Patrēq₃. Luciferꝫ. ¶Exanimis. mortuus. ¶Tumulet. sepeliat. ¶Hiscere. os apire. ¶Ecce sup medios. repētini mali fere significatiua est hec pticula ecce. ¶Niger arc⁹. nubes nigra z aq̄rū plena atque filis. ¶Mersuz obruit. hoc est obruit.

Irrūpere.

Stoicorū dogmata.

Ecce.

Proqꝫ viro: qui nullus erat: veniebat ad aras.
Utqꝫ foret sospes coniunx suus: vtqꝫ rediret
Optabat: nullamqꝫ sibi preferret. at illi
Hoc de tot votis poterat contingere solum.
At Dea non vltra pro functo morte rogari
Sustinet: vtqꝫ manus funestas arceat aris:
Iri mee dixit fidissima nuntia vocis
Vise soporiferam Somni velociter aulam.
Extinctiqꝫ iube Ceycis imagine mittat
Somnia ad Halcyonen veros narrantia casus.
Dixerat. induitur velamina mille colorum
Iris: ⁊ arcato celum curuamine signans
Tecta petit iussi sub nube latentia regis.
Est prope Cimerios longo spelunca recessu
Mons cauus. ignaui dom⁹/ ⁊ penetralia Somni.
Quo nunq̄ radiis oriens/ mediusue/ cadensue/
Phebus adire potest. nebule caligine mixte
Exhalantur humo dubie crepuscula lucis.
Non vigil Ales ibi cristati cantibus oris
Euocat Auroram. nec voce silentia rumpunt:
Sollicitiue Canes: Canibusue sagacior Anser.
Non fera/ non pecudes/ non moti flamine rami/
Humaneue sonum reddunt conuitia lingue.
Muta quies habitat. saxo tamen exit ab imo
Riuus aque Lethes: per quē cū murmure/ labens
Inuitat somnos crepitantibus vnda lapillis.
Ante fores antri fecunda papauera florent:
Innumereqꝫ herbe: quarum de lacte/ soporem
Nox legit: ⁊ spargit per opacas humida terras.
Ianua ne verso stridorem cardine reddat:
Nulla domo tota. custos in limine nullus.
In medio torus est Hebeno sublimis in antro
Plumeus. vnicolor. pullo velamine tectus:
Quo cubat ipse Deus membris languore solutis.
Hunc circa passim varias imitantia formas
Somnia vana iacent totidē/ quot messis aristas:
Sylua gerit frondes: eiectat littus harenas.
Quo simul intrauit: manibusqꝫ obstantia/ virgo
Somnia dimouit. vestis fulgore reluxit
Sacra domus: tardaqꝫ Deus grauitate iacentes
Vix oculos tollens/ iterumqꝫ/ iterumqꝫ relabens:
Summaqꝫ percutiens nutanti pectora mento
Excussit tandem sibi se: cubitoqꝫ leuatus
Quid veniat (cognouit enim) scitatur. at illa.
Somne quies rerum/ placidissime somne Deorū
Pax animi/ quem cura fugit. qui corpora duris
Fessa ministeriis mulces: reparasqꝫ labori:
Somnia: que veras equant imitamine formas:

RAPH. ¶Eruit ⁊ submersit. ¶Nō licuit. nō potuit. Neqꝫ enim sydera per noctē celū relinquere possunt: ac ne interdiu quidem ¶uis videantur. ¶Texit. cooperuit: ne videret filiū percuntē. ¶Eolis. Halcyone Eoli filia. ¶Festinat vestes. festinanter fuit a facit. ¶Pia thura ferebat. pie sacrificabat. ¶Qui nullus erat. q̄ nō erat. neqꝫ enim mortui esse dicuntur. ¶Hoc solum. vt nullā aliā ipsi pferret.

Somnij domus. ¶Manus funestas. funere et morte mariti pollutas. ¶Mee vocis. meorum verborum ⁊ mandatorum. ¶Vise. ad videndū vade. Describit autē ⁊ somnum deū: ⁊ somni aulā. ¶Soporiferam aulā. soporē ⁊ somnū afferentē: atqꝫ inducentem. ¶Somni. dei soporis. ¶Arcato. in arcus similitudinem figurato.

Cimerij. ¶Est prope Cimerios. Cimerij (vt Strabo atqꝫ Sext⁹ scribūt) populi fuerūt iuxta Baiahs habitantes subterranea domicilia: vbi sacra Plutonia fiebāt. Dabāturqꝫ ab his respōsa atqꝫ inde faciebāt questū. Cōueniebāt enim aduene aliquid audituri: qui ducebantur in cauernas illas: quas nec oriēs nec occidēs sol aspiciebat: vt scribit in odyssea Homerus. Hi a quodam rege deleti fuerunt: cum oraculi fides parū successisset. Alij scribunt Cimerios populos esse in Asia Amazonib⁹ proximos: qui ex vltimo venerint occidēte.

Somnij descriptio. Iuxta Cimerios Sōni aulam esse fingit poeta: quam vt omnia: vna cū Sōno ⁊ Insomniis elegantissime describit. ¶Ignaui. inertis: pigri. ab effectu q̄ ignauos ⁊ pigros homines reddat. ¶Quo nunquam. pulchra poete phātasia. Solis enim radij somnum auertunt. tenebre autē alliciunt. ¶Exhalātur. emittuntur.

Crepusculum. ¶Dubie lucis. crepusculi est interpretatio. Nam crepusculum est dubia lux. ¶Ales cristati oris. periphrasis est galli. Nihil autem in aula Somni esse poeta ait: quo turbari somnus possit. Omnia vero adesse que sonum ipsū allicere valeant. ¶Unda labens. murmure siquidē aque somni efficiūtur suaues. ¶Canibusqꝫ sagacior anser. id maxime tum fuit compertū: quo tempore Capitoliū a Gallis obsidebatur. Canibus enim quiescentibus anserum clangore excitati custodes Gallos iam Capitolium ingressos: ex arce deturbarunt. ¶Lethes. nomen illi aque conueniens. Lethe nanque obliuio interpretatur. Dormientes autem omnium obliti videntur. ¶Fecunda papauera. multorum seminū fertilia: que somnū maxime inducunt: vnde et soporiferū papauer vocatur. ¶Stridorem reddat. strepitum faciat.

Hebenus. ¶Hebeno ex hebeni nigro ligno confectus. ¶Hebenus autem arbor est Indica: cuius lignum natura est nigrum. Scite vero poeta Somni lectum nigrū esse fingit: pullus nāqꝫ color somnum hominibus allicit. ¶Vix oculos tollens. Eleganter vero gestus describit poeta eorum qui graui

Raph. ...graui somno premuntur. Est autem prosopeia: lei enim corpore carenti corpus attribuit. ¶ Cognouit cū illā venisse subaudiamus. est autem parenthesis. ¶ Cubitoq3 leuat9: innixus. neq3 enim aliter caput poterat sustinere Somnus ¶ Scitatur. rogat. ¶ At illa. respōdit vel simile verbū est subaudiendum. ¶ Somne quies rerū. elegās Somni descriptio. ¶ Quē cura fugit scire: qui enim curis premuntur/dormire nō possunt. ¶ Mulces. fo|ues. ¶ Labori. ad laborem. ¶ Herculeam Trachina. ab Hercule edificatā: excultāq3: vt paulo āte diximus. ¶ Regis. Ceycis. ¶ Simulachra naufraga. simulachra naufragij a ceyce facti. ¶ Fingāt. effingāt. exprimant. ¶ Uim soporis somni violentiā. ¶ At pater e populo. Somno Deo multos esse filios poeta fingit e qb9 tres a noiat: qb9 facultas est se in varias figuras transmutādi. ¶ E pplo. e turba 7 multitudine. ¶ Mille. finitū numerū pro infinito posuit. ¶ Simulatoremq3 figure morphea: Morpheus ἀπὸ τῆς μορφῆς: hoc est a forma dr forme simulator. ¶ Hūc Icelon superi. Icelos similis trāsfertur. quo quidem nomine is eleganter appellatur. qui se oībus animalibus similē exhibere pōt. Icelon autē per l scribendū est. quāuis Icon vulg9 grāmaticorū hactenus legerit. ¶ Mortale Phobetora vulgus. Phobetor terrefactor interpretari potest. Sic autē est legendum: quāuis corrupte Phebetora in exemplarib9 legatur. ¶ Etiam

Herculeam Trachina iube sub imagine regis:
Halcyonen adeāt simulachraq3 naufraga fingāt.
Imperat hoc Iuno postq̄ mandata peregit:
Iris abit: neq3 enim vlterius tollerare soporis
Uim poterat: labiq3 vt somnum sensit in artus:
Effugit: 7 remeat: per quos modo venerat/arcus.

¶ Morpheus somni filius.
Humani generis simulator somne propago
Sum tua: 7 humanas dignus adire domos.

At pater e populo natorum mille suorum
Excitat artificem: simulatoremq3 figure
Morphea: non illo iussos solertius alter
Exprimit incessus: vultumq3/sonumq3 loquēdi.
Adijcit 7 vestes/7 consuetissima queq3
Uerba: sed hic solus homines imitatur. at alter

¶ Phobetor 7 Phantasos somnij filij.
Fit draco: fit volucris: tigris: ita cornu Phobetor
Phantasos 7 tellus: fit lapis arbor aqua.

Fit fera: fit volucris: fit longo corpore serpens.
Hūc Icelon Superi. mortale Phobetora vulgus
Nominat. est etiam diuerse tertius artis
Phātasos. ille in humū/saxūq3/vndāq3/trabēq3/
Queq3 vacant anima: fallaciter omnia transit.
Regibus hi/ducibusq3/suos ostendere vultus
Nocte solent. populos alij/plebemq3 pererrant.
Preterit hos senior. cunctisq3 e fratribus/vnum
Morphea/q̄ peragat Thaumātidos edita: Sōn9
Eligit: 7 rursus molli languore. solutus/
Deposuitq3 caput: stratoq3 recondidit alto.

¶ Morpheus in Ceycen.
Fluctibus equoreis sub imagine misit adeunti.
Morphea Ceycis somnus in Halcyonen.

Ille volat/nullos strepitus facientibus alis
Per tenebras: intraq3 more breue tēpus/in vrbem
Peruenit Emoniam: positisq3 e corpore pennis
In faciem Ceycis abit: sumptaq3 figura
Luridus exanimi similis: sine vestibus vllis
Coniugis ante torum misere stetit. vda videtur
Barba viri: madidisq3 grauis fluere vnda capillis
Tum lecto incumbens fletu super ora profuso
Hec ait. agnoscit Ceyca miserrima coniunx?
An mea mutata est facies nece? respice/nosces:
Inuenies q3 tuo pro coniuge cōiugis vmbram
Nil opis Halcyone nobis tua vota tulerunt.
Occidimus: falso tibi me promittere noli.
Nubilus Egeo deprendit in equore nauem
Auster: 7 ingenti iactatam flamine soluit.
Oraq3 nostra tuum frustra clamantia nomen
Implerunt fluctus: non hec tibi nuntiat auctor
Ambiguus. non ista vagis rumoribus audis.
Ipse ego fata tibi presens mea naufragus edo.

etiā diuerse tertius artis Pantasos. Latini quidē sic legunt: sed minus recte: cum id nomē a grecis nō agnoscatur. Phantasos autē qui imaginator trāsferri pōt: forsitā ab Ouidio fuit script9 φαντάσομαι quā q: vnde Phantasos deriuatur: imaginari significat. Eleganter autem hoc nomine donat: qui hāc hominib9 immittit imaginationem: vt sibi per somnum videantur videre vndā/saxū/trabē/aliudue q̄d inanimatorum. ¶ Uacant. carent. ¶ Thaumantidos edita. Iridis iussa Thaumantis filie. ¶ Somnus. somni Deus. ¶ Molli languore suaui sopore. ¶ Strato. lecto. ¶ In vrbem Emoniam. Trachina. ¶ In faciem Ceycis abit. in figuram Ceycis se conuertit. ¶ Luridus. niger. ¶ Uda. humida. ¶ Tua vota. tue preces. ¶ Falso. vane. ¶ Egeo in equore. Egeum dictum est ab insula quam Egas vocat Homerus Neptuno dicata: i qua neminē sa .est dormire propter phantasmata: vt inquit Nicocrates. Alij dicunt a Neptuno Egeum Pelagus fuisse denominatū. Utenim Pherecydes ait. Is Deus Egeus vocatur. Quod vero Nicocrates ait ab Egeo/qui se in illud mare ex arce Athenaruz precipitauit Egeum esse dictū falsum est. Longe nāq3 a mari distat. Egeum quidē nūc vulgo Archipelagus vocat. ¶ Soluit. dissoluit: resoluit. ¶ Ambiguus. dubius. ¶ Uagis. incertis. ¶ Mea fata. meam mortem: mea infortunia. Egeum.

¶ Lugu-

Surge age: da lachrymas: lugubriaq; idue: nec me
Indeploratum sub inania Tartara mitte.
Adjicit his vocem Morpheus: quam cōiugis illa
Crederet esse sui: fletus quoq; fundere veros
Visus erat: gestumq; manus Ceycis habebat.
Ingemit halcyōe. lachrymas mouet: atq; lacertos
Per somnū/corpusq; petens/amplectitur auras.
Exclamatq; mane. quo te rapis? ibimus vna.
Voce sua/specieq; viri turbata/soporem
Excutit: & primo si sit circūspicit illic:
Qui modo visus erat (nam moti voce ministri
Intulerant lumen) postq̄ non inuenit vsquam:
Percutit ora manu: laniatq; a pectore vestes.
Pectoraq; ipsa ferit: nec crines soluere curans
Scindit: & altrici/que luctus causa/roganti/
Nulla est Halcyone/nulla est ait/occidit vna
Cum Ceyce suo: solantia tollite verba.
Naufragus interijt/vidi/agnouiq; manusq;/
Et discedentem cupiens retinere/tenenti
Umbra fuit: sed & vmbra tamen manifesta: virīq;
Vera mei. non ille quidem: si queris: habebat
Assuetos vultus: nec quo prius ore nitebat.
Pallentem/nudumq;/& adhuc humente capillo
Infelix vidi. stetit hoc miserabilis ipso
Ecce loco: & querit vestigia si qua supersint.
Hoc erat/hoc animo quod diuinante timebam:
Et ne me fugiens ventos sequerere/rogabam.
At certe vellem: quoniam periturus abibas:
Me quoq; duxisses. fuit ah/fuit vtile/tecum
Ire mihi. neq; enim de vite tempore quidq̄
Non simul egissem: nec mors discreta fuisset.
Nunc absens perij/iactor quoq; fluctibus absens.
Et sine me/te pontus habet. crudelior ipso
Sit mihi mens pelago: si vitam ducere nitar
Longius: & tāto pugnam superesse dolori.
Sed neq; pugnabo: nec te miserande relinquam.

RAPH. ¶ Lugubria. vestes luctui cōuenientes. ¶ Inania tartara. vacua/neq; enim anime: vt que sunt incorporee accupāt locum. Tartar⁹. Tartarus aūt locus est apud inferos pfundissim⁹. ¶ Lachrymas mouet. lachrymas amittit. ¶ Mane. expecta. ¶ Quo te rapis. quo fugis. ¶ Excutit. expellit. ¶ Si sit illic: an sit illic vbi visus fuerat marit⁹. ¶ Nam moti voce ministri. hac parenthesi exponit poeta: q̄ modo Halcyone circūspexerit: an illic eēt maritus quem per somnū videre sibi fuerat visa.

JACO. ¶ Et pmo si sit circunspicit illic. Qui modo visus erat: nā moti voce ministri intulerat lumē. Hic quoq; videt alludi ad historiam Cassij Parmēsis: qui. M. Antonij partes secut⁹ existimauit ad se venire hoiē īgētis magnitudinis: coloris nigri: squallidū barba & capillo demisso. Interrogatūq; q̄snaz esset. Rñdisse cacodemona. perterrit⁹ tam tetro visu: & nomine horrēdo: seruos inclamauit. Sciscitatusq; est: si quem talis habitus: aut intrātem cubiculum: aut exeūtē vidissēt. Quib⁹ adfirmātib⁹ neminē illuc accessisse: iterū quieti se dedit: & eadē aīo ei⁹ obseruata est spēs. fugato ergo somno lumē introferri iussit: puerosq; a se, discedere; vetuit. Hec ex Valerio.

RAPH. ¶ Altrici. nutrici. ¶ Nulla est Halcyone: nulla est conduplicatio mulieri grauissimo dolore affecte maxime cōueniens. Ait aūt se nō esse/verum vna cū marito perisse. ¶ Solantia tollite verba. auferte inqt verba cōsolatoria: & nolite me cōsolari. ¶ Assuetos vult⁹. solitos/hoc est hylares & letos. ¶ Nitebat. splēdebat. ¶ Humente. madido. ¶ Et ne me fugeres. apostrophe Halcyones ad maritum querelarū plena. ¶ Fuit ah fuit. anadiplosis dolenti accōmodata. ¶ Neq; enim de vite tempore quidq̄ Non simul egissem. hoc est omne tempus vite mee tecū traduxissem: tecūq; fuissē. ¶ Discreta. separata/diuisa. ¶ Nūc absens perij: se cum Ceyce viro perisse ait Halcyone: quāuis absens fuerit: q̄ suam quoq; animam in Ceycis corpore fuisse vult videri. ¶ Absens. corpore/non animo. ¶ Ducere. producere. ¶ Superesse. superuiuere. ¶ Nunc saltem. postquam tu perijsti. ¶ Litera. epitaphiū. ¶ Prohibet: loqui subaudiam⁹. ¶ Attonito. dolorib⁹ stupefacto. ¶ Mane erat prima pars diei aderat. ¶ Eunrem. recedētem maritum. ¶ Dumq; moratur ibi. ordo est & sensus: & Halcyone vidēt nescio qd corpus longe positum in media aqua. dū q̄ Halcyone ibi moratur: & dum dixit, Vir meus hinc soluit retinacula: & discedens ex hoc littore me osculatus est: & dum reminiscitur acta a Ceyce suis oculis animaduersa: & mare prospicit. ¶ Retinacula. funes/quibus naues ad terram ligantur ac retinētur. ¶ Soluit. Ceyx subaudiatur. ¶ Reminiscitur. in memoriam reuocat Halcyone. ¶ Tuetur. aspicit. ¶ Appulit. ad littus subintelligatur. ¶ Corpus. cadauer. Et si qua est coniunx. heu & misera subaudiatur. ¶ Quo magis. quātomagis. ¶ Tuetur. aspicit. ¶ Hoc minus. tanto minus est compos mētis. ¶ Admotum. appulsū. ¶ Et vna. & simul cum exclamatiōe. ¶ Ad Ceycē. ad Ceycis cadauer. ¶ Moles. murus maximus: quo potius ab vndarū incursu tutus reddebatur. ¶ Que pdelassat. lassos ac debiles reddit antequam in portum perueniant. ¶ Insilit huc. illuc in illam molem manu factam. ¶ Potuisse insilire. ¶ Volabat. iam enim in auem fuerat conuersa. ¶ Stringebat. radebat: leuiter attingebat. ¶ Dilectos artes. amata Ceycis membra. ¶ Tollere. extollere. ¶ Alite. in alites. ¶ Obnoxius. subiectus: deditus. ¶ Per que dies placidos. Halcyones (vt refert Plinius) fetificant bruma: qui dies Halcyonides vocantur: placido mari per eos & nauigabili/Siculo maxime. Faciunt autem septem ante brumam diebus nidos: & totidem sequentibus pariunt. Quibus q̄dē quatuordecim diebus maxime trāquillatur mare: vnde & Halcedonis p trāqllitate a Plauto in Casina accipiunt: cū inqt. Trāqllā est/Halcedonia sunt circa forū. Nā (vt scribit Sextus/Halce

Tartar⁹.

Moles.

Halcyōes

Halcedones

nis) Halcedones a veteribꝰ latinis dicte sunt: q̄ a grecis Halcyones vocant: & Halcedonia dies q̄ Halcyonidea appellantur. Sane Aristoteles in octauo de animalibꝰ Halcyonum duo eē genera ait. Alterum vocale quod arundinibꝰ insidet: alterum mutum paulo maiori corpore. Plinꝰ vero scribit Halcyonem paulo passere esse amplioreꝫ: colore Cyaneo: & subnigro. Dicte sunt Halcyones: vt Ouidius putat ab Halcyone Ceycis vxore: vt alij απο του κῠειν εν τη αλι hoc est a concipiendo in mari. Ut vero Hegesander in cōmētarijs narrat ab Halcyoneo gigante: cuiꝰ filie fuerūt Phostonia: Anche: Methone: Alcippe Palene/ Drimosterie: que post patris mortem se a Canastreo ꝑmontorio in mare precipitarūt. Amphitrite vero ipsas in aues commutauit: quas ab Alcyoneo patre Halcyonas vocarunt. ¶ Per que dies placidos septeꝫ: de numero quidem horum dierum varie sunt antiquorū opiniōes: Simonides naꝫ in Peutathlis vndecim esse ait: quod etiam Aristoteles i libris de aialibus confirmat: Philochorus autē nouem esse scribit: Demagoras vero septem: cuius opinioni Ouidiꝰ adheret. ¶ Incubat halcyone: incubare ꝓprie dicuntur aues dū oua fouēt. Halcyone autem & Halcyon dicitur Halcedo quoqꝫ latine vocatur. Plautꝰ in penulo: Quam mare dulce est: cū ibi Halcedo pullos educit suos. ¶ Pendentibus nidis: Halcyonū nidi admirationem habent: vt refert

Halcyonum nidi

Et tibi nūc saltem veniam comes: inqꝫ sepulchro
Si non vrna: tamen iunget nos littera. si non
Ossibus ossa meis: at nomen nomine tangam
Plura dolor prohibet: verboqꝫ interuenit omni
Plangor: & attonito gemitus a corde trahuntur.
Mane erat. egreditur tectis ad littus: & illum
Mesta locum repetit: de quo spectarat euntem.
Dūqꝫ moratur ibi: dumqꝫ hinc retinacula soluit.
Hoc mihi discedens dedit oscula littore dixit
Dumqꝫ notata oculis reminiscitur acta: fretumqꝫ
Prospicit in liquida spacio distante tuetur
Nescio quid quasi corpꝰ: aqua. primoqꝫ quid illō
Esset: erat dubium. postq̄ paulum appulit vnda:
Et q̄uis aberat: corpus tamen esse liquebat.
Quis foret ignorās: q2 naufragꝰ omine mota est:
Et tanq̄ ignoto lachrymas daret. heu miser inq̄t:
Quisquis es: & si qua est coniunx tibi fluctibꝰ actū
Fit propius corpus: quod quo magis illa tuetur:
Hoc minus & minus est mentis. iam/ iāqꝫ propinq̄
Admotum terre: iam quod cognoscere posset:
Cernit. erat coniunx. ille est exclamat: & vna
Ora/ comas/ vestem lacerat: tendensqꝫ tremētes
Ad Ceyca manus. sic o charissime coniunx?
Sic ad me miserande redis? ait. adiacet vndis
Facta manu moles: que primas equoris vndas
Frangit: & incursus que predelassat aquarum.

¶ Ceyx & Alcyone in aues.

Ceyx rex fueram: maris obruit vnda: gemebat
Alcyone: alati nunc lumus Alcyones.

Insilit huc: mirumqꝫ fuit potuisse. volabat.
Percutiensqꝫ leuem modo natis aera pennis/
Stringebat summas ales miserabilis vndas.
Dumqꝫ volat mesto similem/ plenumqꝫ querele
Ora dedere sonum/ tenui crepitantia rostro.
Ut vero tetigit mutum/ & sine sanguine corpus
Dilectos artus amplexa recentibꝰ alis:
Frigida nequidquam duro dedit oscula rostro.
Senserit hec Ceyx: an vultum motibꝰ vnde
Tollere sit visus: populus dubitabat. at ille
Senserat: & tandem superis miserantibꝰ: ambo
Alite mutantur. fatis obnoxius iisdem.
Tunc quoqꝫ mansit amor: nec cōiugale solutū est
Fedus in alitibus coeunt: fiuntqꝫ parentes:
Perqꝫ dies placidos hyberno tempore septem
Incubat Halcyone pendentibus equore nidis.
Tum via tuta maris. ventos custodit & arcet
Eolus egressu: prestatqꝫ nepotibus equor.

¶ Esacus in mergum.

Precipitem e scopulo sese dedit Esacus alto:
Et quia non perijt mergere semper auet.

fert Plin. Pile figure paululū eminentiores: ore per quaꝫ angusto: grandiuꝫ spongiarum similitudie: intercidi nāqueunt: frangūtur ictu valido: vt spuma arida maris: nec vnde/ confingātur: inuenitur putāt ex spinis aculeatis.
¶ Tū via tuta maris: nam (vt dixímꝰ) per quatuordecim illos dies quibꝰ fetificant Halcyones mare trāquillatur: id quod benignitate Eoli fieri ait poeta: vt commodum nepotibus faciat. nam Halcyone (vt vidimus) Eoli filia fuit. ¶ Prestat. accōmodat/ ac tutū reddit equor Halcyonum pullis.

¶ Fabule. xi vndecimi libri argumentum.

¶ Hos aliquis senior circum freta lata &c. Esacus natus Priami & Alyxothoes Crebenianis filie sub monte Ida furtim editus vrbanum apparatuꝫ cōsultumqꝫ cuꝫ syluis e labori postposuisset: incidit in cōspectum Esperies nymphe: cuius captus pulchritudine dum fugientem persequitur causa interemptus eius extitit. Cōfusa enim timore per ignorantiaꝫ serpentem calce ꝑssit: cuius morsu cōcidit: eius desiderio Esacus ne diutius dolorem sentiret e monte in subiectum pelagus se precipitauit: qui priusq̄ mergeretur in auem cessit. Hec equora amat: nomenqꝫ Mergi tenet: qui ne mergit illo. LACT.

☞ ¶ Hos aliquis senior: Esacus Priami filius ex Alyxothoe nympha cum amore Esperies nymphe captꝰ eā fugiētē psequeret: illa cū fuisset: vt illa periret nā iter fugiēdū a serpente icta interijt: talique dolore Esacon affecit RAPH: Esacus

n ☞ vt

Hos aliquis senior circum freta lata volantes
Spectat: ⁊ ad finem seruatos laudat amores.
Proximus: aut idem/ si fors tulit: hic quoqȝ dixit
Quem mare carpentē: substrictaqȝ crura gerentē
Aspicis/ ostendens spatiosum in guttura Mergū
Regia progenies: ⁊ si descendere ad ipsum
Ordine perpetuo queris/ sunt huius origo
Ilus: ⁊ Assaracus/ raptusqȝ Ioui Ganymedes:
Laomedōqȝ senex: Priamusqȝ nouissima Troie
Tempora sortitus. frater fuit Hectoris iste:
Qui nisi sensisset prima noua fata iuuenta:
Forsitan inferius non Hectore nomen haberet:
Quamuis est illū proles enixa Dymantis:
Esacon vmbrosa furtim peperisse sub Ida
Fertur Alyxothoe gracili conata bicorni.
Oderat hic vrbes: nitidaqȝ remotus ab aula
Secretos montes/ ⁊ inambitiosa colebat
Rura/ nece Iliacos cet⁹/ nisi rarus adibat.
Non agreste tamen: nec inexpugnabile amori
Pectus habēns syluas captatam sepe per omnes
Aspicit Esperien patria Cebrinida ripa
Iniectos humeris siccantem Sole capillos.
Uisa fuit nymphe: veluti perterrita fuluum
Cerua lupum: longeqȝ lacu deprensa relicto
Accipitrem fluuialis Anas: quam Troius heros
Insequitur celeremqȝ metu/ celer vrget amore
Ecce latens herba Coluber fugientis adunco
Dente pedem strinxit: virusqȝ in corpore liquit.
Cum vita suppressa fuga est. amplectitur amens
Exanimem: clamatqȝ/ piget/ piget esse secutum
Sed non hoc timui. nec erat mihi vincere tanti.
Perdidimus miseram nos te duo. vuln⁹ ab āgue:
A me causa data est. ego sum sceleratior illo:
Qui tibi morte mea mortis solatia mittam.
Dixit: ⁊ e scopulo: quem rauca subederat vnda:
Decidit in pontum. Tethis miserata cadentem
Molliter excepit: nantemqȝ per equora pennis
Texit: ⁊ optate non est data copia mortis.
Indignatur amans inuitum viuere cogi:
Obstariqȝ anime misera de sede volenti
Exire: vtqȝ nouas humeris assumpserat alas
Subuolat: atqȝ iterum corp⁹ super equora mittit.
Pluma leuat casus: furit Esacus: inqȝ profunduȝ
Pronus abit: letiqȝ viam sine fine retentat.
Fecit amor maciem. longa internodia crurum.
Longa manet ceruix. caput est a corpore longe.
Equor amat: nomenqȝ manet: quia mergitur illo.

vt moriturus e scopulo se i mare p̄cipitarit. Quē miserata Tethis i mergū trāsmutauit. ille ꝓ͂o idignar⁹ ꝙ mori nō potuerit se mergere nunq̄ desistit vn̄ ⁊ merg⁹ a sepi⁹ se mergēdo a latinis est dict⁹. ¶ Proxim⁹ aut idē si fors tulit: hoc est aliq̄s pxim⁹ aut forte idē senior. ¶ Substricta crura: subtilia. ¶ Sunt hui⁹ origo Ilus ⁊ Assarac⁹/ ⁊ Ganymedes filij fuerūt Trois Traianoꝝ regis. Laomedō ꝓ͂o Ili fuit filius ac Priami pat vt cū ex alijs ꝑmultis: tuȝ ex Homero aperte colligitur.

Ilus Assarac⁹

¶ Proles Dymātis Hecuba: quam Dymātis filiā fuisse scribit Homer⁹. Euripides vero Cissei Thracum regis.

Hecube pater.

¶ Alyxothoe: nympha fuit hec: ex q̄ Priamus Esacū suscepit. ¶ Conata nixa ⁊ herēs. ¶ Gracili bicorni: bicorne istrumētum ē rusticū. ¶ Captatā quā sepe capere tētauerat. ¶ Esperien Cebrinida: Cebrinis fluuij ignobilis filiam (vnde etiam vt Herodianus scribit) Cebrinia vrbs regia Troadis fuit cognominata.

Alyxothoe.

Cebrinis Cebrinia

¶ Lōge lacu relicto scite. nā i lacu capi nō pōt: cū aduolāte accipitre se mergāt vt ysdē illo aucupio delectātur ē notuȝ. ¶ Lacu. gurgite. ¶ Fluuialis anas: fluuios incolens. ¶ Urget: impellit. ¶ Coluber: serpēs. ¶ Strinxit: ꝑcussit. ¶ Uirus: venenuȝ. ¶ Suppssa: repssa. ¶ Nec erat mihi vincere tanti: vt tu perires intelligam⁹. ¶ Nos duo. ego et serpēs. ¶ Subederat: subroserat. ¶ Decidit in pōtū: sic qdē etiā legi pt: sed desilij⁹: vel deiecit forsitan elegan⁹ legeretur: vt intelligam⁹ Esacum ipsum se in mare p̄cipitasse. ¶ Copia mortis. facultas moriēdi. ¶ Misera de sede: de misero corpore. ¶ Subuolat sursuȝ volat. ¶ Super equora: in mare. ¶ Furit idignatur. ¶ Pronus in caput. eleganter autē Mergi naturā poeta describit. ¶ Fecit amor maciem: amor quem morte finire cupiebat/ illum fecit macilentū. ¶ Longa internodia crurū: internodium id dicitur spatiū: quod est inter duos nodos. Nodosa autem crura mergus habere videt. ¶ Nomenqȝ manet: a mergēdo nāque mergus a latinis fuit denominatus.

Internodium

Mergus.

¶ Fabule prime duodecimi libri argumētū.

¶ Nescius assumptū Priamus pater Esacon alis ⁊c. Agamemnō Atrei ⁊ Europes fili⁹ dux Achiuorum cum in Aulide Ioui sacra ministraret: conspexit draconem in arbore: que impendebat are lapsum ad nidum volucris cuius octo pullis consumptis ab eodem serpente nouissime circumuolante matre Aquila conuersus in saxum est. Quorum prodigio Calchas Testoris fili⁹ augur rn̄dit ꝑ nouē ānos in Troadem dimicaturos: decimo autem illo eos polituros. Fertur aūt port⁹ Beotie hic eē: vbi mille naues aduersis tēpestatib⁹ stetissent. Morātib⁹ eī Achiuis rn̄det a Calchā te nō añ classes posse moueri: ꝙ Iphigenīā pater imolasset Que cū ꝑ re cōsidarā esset applicata: iter sacrificanȝ obductis nubibus a Diana rapta est: pro ea supposita Cerua.

LACT.



RAPHAEL Enarrationes.

Esci⁹ assũptis. q̃ tp̃e belli troiani facte sũt metamorphoseis hoc li. fere describit poeta. ac p̃mũ draconis trãsmutatõẽ q̃ pullos cũ m̃re apud aulidẽ spectãtib⁹ grecis deuorauit p̃spicue exponit. Nã cũ mille grecorũ helenã repetẽtiũ naues ad aulidẽ ↄuenissẽt ac ioui sacrificare greci vellẽt: ecce s̃pẽs platanũ are iminẽtẽ ascẽdit: ac p̃mũ pullos octo q̃ adhuc ĩ nido erãt: deinde circũuolãtẽ m̃rẽ deuorauit. q̃d q̃dẽ cũ alij admirarẽt: calchas ex eo collegit bellũ nouẽ ãnos duraturũ: ac d̃cio demũ ãno troiã captũ iri. Ceterũ ser pẽs ille ad p̃petuã rei mẽoriã ĩ saxũ a diis fuit cõmutat⁹. Mes. as. more suo poeta ↄcine ↄ librũ libro ↄnectit: ↄ q̃dã p̃narrat: q̃ cõmodi⁹ (quã dixi) draconis metamor. ĩ saxũ exponat. Tumu. q̃z no. ha. cenotaphio i q̃ nomẽ sine corpe erat ĩscriptũ. Inferias dede. sacrificia fecerat. Nã iferie dĩr ea sacrificia: q̃ iferis ↄ mortuis fiũt. Hec aũt a poeta narrãt vt hũc librũ cũ supiore apti⁹ ↄnectat. Pari. p̃s. p̃i phrasis est. Paris ei d̃fuit exequiis Esaci f̃ris. Nã ĩ greciã ad rapiẽdã helenã nauigarat: quã ven⁹ ipi pollicita erat: cũ iudex elect⁹ sup triũ dearũ pulchritudie iunõis: palladis ↄ veneris p̃ venere ipsã sn laz tulit: vt

Inferie.

Iudicium Paridis.

P. Oui. Nasonis Metamorphoseos Liber. xij.

Esci⁹ assũptis: Priam⁹ p̃r Esacõ alis
Viuere: lugebat: tumulo q̃z nomẽ h̃ntĩ
Inferias dederat cũ f̃rib⁹ hectora ianes:
Defuit officio Paridis presentia tristi:
Post modo qui rapta longum cum cõiuge bellum
Attulit in patriam: coniurateq̃z sequuntur
Mille rates: gentisq̃z simul commune Pelasge.
Nec dilata foret vindicta: nisi equora seui
Inuia fecissent venti: Beotaq̃z tellus
Aulide piscosa/puppes tenuisset ituras.

Serpens in saxum.

Aulidos ad platanum lapis est draco: menia per quem
Vidit Thestorides Troica posse capi.

Hic patrio de more/Ioui cum sacra parassent:
Ut ventus accensis incanduit ignibus ara:
Serpere ceruleum Danai videre draconem
In platanum: ceptis que stabat proxima sacris.
Nidus erat volucrum bis quatuor arbore summa:
Quas simul ↄ matrem/circum sua damna volantẽ
Corripuit serpens: auidaq̃z recondidit aluo.
Obstupuere omnes. at veri prouidus augur
Thestorides vincemus/ait. gaudete Pelasgi
Troia cadet. sed erit nostri mora longa laboris.
Atq̃z nouem volucres in belli digerit annos.
Ille vt erat virides amplexus in arbore ramos:
Fit lapis: ↄ seruat serpentis imagine saxum.
Permanet Aonis Nereus violentus in vndis:

rulit: vt ĩ laudatiõe helenes Isocrates narrat. Orta nãq̃z ĩ ter illas deas ↄtẽtiõe de pulchritudie: alexãder q̃ paris fuit cognoiat⁹ p̃ami fili⁹ iudex fuit ↄstitu⁹/ cui q̃dẽ cũ iuno pollicerer se toti⁹ asie regnũ ↄcessurã pallas d̃ o ip̃z inuictũ in bellis effecturã Venus aũt helenã mulierũ oim pulcherrimã: p venere vt helena potirer iudicauit. Postmõ post ea. Lõ. bel. decẽ nãq̃z ãnos durauit. Cũ cõm. helena. Cõe gẽ. pe. ↄciliũ toti⁹ grecie. Inuia. innauigabilis. Au. p. aulia vrbs est beotie chalcidi finitima ab aulide euonymi filij cephisi filia cognolata. Piscosa. piscib⁹ abũdãte. Tenu. retinuisset: remorata fuisset. Incã. cale facta fuit. Ceru. drac. nigrũ. Que sta. pri. q̃ iminebat sacrificiis cepta. Thesto. calchas thestoris fili⁹. Circũ sua dã. circũ sua pignora: q̃ cũ maximo suo dãno deuorari a dracone videbat. At no. vo. ordo ẽ ↄ sens⁹. atq̃z calchas digerit ↄ distribuit nouẽ volucres ↄ aues in nouem belli annos.

Cõmunis.

Aulis.

Fabule secunde. xij. libri Argumentum.

Perma. ↄc. Iphigenia supradicta Agamẽnonis filia ĩ ceruã: ↄ a diana est ĩ tauricos fines trãslata. LACT.

Perma. aoni. Agamẽnõ ad bellũ troianũ p̃ RAPH.

ficisce:

Iphigenia in ceruam.
Pro cerua ante aras stetit Iphigenia Diane
Cerua non potuitq; Iphigenia mori.

Bellaq; non transfert. & sunt qui parcere Troie
Neptunum credant. quia menia fecerat vrbis.
At non Thestorides. neq; enim nescitue/tacetue/
Sanguine Uirgineo placandam virginis iram
Esse Dee: postquam pietatem publica causa/
Rexq; patrem vicit: castumq; datura cruorem
Flentibus ante aram stetit Iphigenia ministris.
Uicta Dea est: nubemq; oculis obiecit: & inter
Officium/turbamq; sacri/vocemq; precantum/
Supposita fertur mutasse Mycenida cerua.
Ergo vbi qua decuit: lenita est cede Diana:
Et pariter Phebes/pariter maris ira recessit.
Accipiunt ventos a tergo mille carine:
Multaq; perpesse/Phrygia potiuntur harena.

Fame domus.
Arce manent fame rumor: commenta: susurri
Error: credulitas: nulla quiesq;: timor.

Orbe locus medio est inter terrasq;/fretumq;/
Celestesq; plagas triplicis confinia mundi:
Unde quod est vsquam: quamuis regionibus absit:
Inspicitur: penetratq; cauas vox omnis ad aures.
Fama tenet. summamq; domum sibi legit in arce.
Innumerosq; aditus/ac mille foramina tectis
Addidit: & nullis inclusit limina portis.
Nocte/dieq; patet. tota est ex ere sonanti/
Tota fremit: vocesq; refert: iteratq; quod audit.
Nulla quies intus: nullaq; silentia parte.
Nec tamen est clamor: sed parue murmura vocis.
Qualia de pelagi (si quis procul audiat) vndis
Esse solent. qualemue sonum/cum Iuppiter atras
Increpuit nubes: extrema tonitrua reddunt.
Atria turba tenet: veniunt leue vulgus: euntq;:
Mixtaq; cum veris passim commenta vagantur
Millia rumorum: confusaq; verba volutant.
E quibus hi vacuas implent sermonibus aures.
Hi narrata ferunt alio: mensuraq; ficti
Crescit: & auditis aliquid nouus adiicit auctor.
Illic credulitas: illic temerarius error:
Uanaq; letitia est: consternatiq; timores:
Seditioq; recens: dubioq; auctore susurri.
Ipsa quid in celo rerum/pelagoq; geratur:
Et tellure videt: totumq; inquirit in orbem.
Fecerat hec notum: Graias cum milite forti
Aduentare rates. neq; inexpectatus in armis
Hostis adest: prohibentq; aditus: litusq; tuentur

Prothesilai mors.
Primus cum Hectorea facto cadis ictus ab hasta:
Quam merito hoc nomen Prothesilae geris.

RAPH. Proficiscens: cum apud aulidem reliqui greci principes expectaret imprudens diane ceruam occidit. Quare dea irata in tantam tempestatem mare excitauit: vt grecorum classis inde soluere non posset. Cum autem et peste laborarent consultus calchas respondit: diane iram agamenonis sanguine esse placandam. Tandem igitur agamemnonis consensu adducta iphigenia ad aras vt imolaretur: a Diana dicitur fuisse sacerdoti subrepta ac illius loco cerua supposita. Bella non transfert. e grecia ad troiam. Que menia fecerat vt diximus: nam vna cum apolline muros vrbis troie edificauit Neptunus. Neq; enim nesc. ta. hoc est & scit & ait virginis sanguine dianam esse placandam. Uir. dee diane. Publ. causa. publica vtilitas. Rexq; pa. hoc est officium regis pietatem patriam expugnauit.

MYCENE. Myc. iphigeniam myceneam. Mycene sunt vrbs est Peloponnesi: a myceneo spartonis filio: ac phoronei fratre dicta.

Fabule. iii. xii. libri argumentum.

LACT. Ergo vbi &c. Cum fama per orbem gratorum aduentu ad expugnandum Ilium esset in troade classes apparuissent. Primus in congressu bellantium protesilaus hiphicli filius ab hectore est interemptus: & hic nouissime cygnum neptuni filium: qui nullo telo interimi poterat ab achille/ cum diu in certamine victor ille ptestio esset: & frustra in eum tela emmens iaceret: mente to Lycio percussus iterem pro stricto ense per quem precipitatum super saxum eius gutture pressit. Quem pulsum spoliaret armis ab eo: neptunus eius parentem in volucrem eiusdem nominis constituit: ne nomis abolerentur perpetuitas.

RAPH. Ergo vbi. vt cygnum neptuni filium: cuius corpus nulla ex parte poterat vulnerari: metamorphosin cum superiore connectat poeta: multa prenarrat: ac primum fame aulam describit: deinde aduentum grecorum ad litus troianum: tum protesilai cedem: qui primus egredi in litus troianum ausus ab hectore fuit interfectus. Phebes. Diane. A tergo. a puppi Phry. ha. littore troiano. Orbe lo. me. fame edium elegans descriptio. Tri pli. mun. in tris partes diuisi: celum: mare: et terram: siue tribus partibus constantis. celo: aqua & terra. Usq; aliq in loco. Absit. distet. Re. regionum multarum spatio. Fa. t. hitat. Famam autem incorpoream tanquam corpus habentem describit. Le git. elegit. Sum. in ar. in arcis summitate. Innu. adi. innumerabiles & infinitos ingressus. Et nul. inclu. li. port. ianuas edium fame semper ait patere: nec vnquam claudi cum nulle sint. Qualia d pe. qualia inquit esse solent murmura ab vndis pelagi venientia. Increpu. crepare & strepere fecit. Come. ficta. sic Uergi. Tam ficti prauiq; tenax quam nuntia veri. Confu. obscura. que difficulter percipi possint. Ua. au. ociosas. Illic cre. fame comites enumerat poeta. Const. ti. ab effectu quod consternatos atq; perturbatos homines reddant. Sedi. re. nouus tumultus. Sus. murmura. Ipsa quid i ce. fama inquit omnia que cumq; in mundo aguntur videt. In to. or. talis que in toto orbe aguntur. Fe. hec no. vulgauerat. Ho. adest. hostes aduenerunt. Fata. ex fatorum lege. Protesi. ca. protesilaus iphycli fuit filius: ac Laodamie acasti filie maritus: qui grecorum primus in littus troianum egredi ausus ab hectore fuit interfectus.

Napm. Effect⁹. ¶Stāt magno ꝯstāt: q̄r fortissimū viꝝ amiserāt. ¶Fortesq; anime constāt: ꝟbū ē subaudiēdum. ¶Nec cognitus Hector: cōstat magno subaudiatur. est enim ordo ꝛ sensus: ꝛ Hector non cognitus magno cōstat Grecis. Si enim cognitus fuisset facile illum vitasset Protesilaus. ¶Achaica dextera: Grecoꝝ viribus: Quia ad Achillē ꝛ Aiacē alludere videat: q̄ multos ex troianis īterfecerāt. ¶Signata. infecta sanguie subaudiat. ¶Proles Neptunia Cygnus: tandē ad Cygni Metamorphosin id quod a principio libri intendebat poeta puenit. Nam Cygn⁹

Cygnus Neptuni filius. Neptuni filius: q̄d dono patris nullo ferro posset vulnerari: Achillis impetum expectare ausus est: a quo sepi⁹ hasta frustra percussus: cū ferri acies corpore illi⁹ retunderetur: tandē correptus ꝛ strangulatus est. Quem cum Achilles spoliare vellet: arma sine corpore fuisse relicta animaduertit: nam pater Neptunus illum in auem Cygnum iam commutarat. ¶Stabat: erectus erat.

Achilles. ¶Achillis: Achilles autem Pelei et Thetidis fuit fili⁹: dictus vel ἀπὸ τοῦ ἄχος λύειν, hoc ē a soluendo dolore: medicus enim fuit a Chirone medicinam doctus. vel ἀπὸ τοῦ ἄχος Ἰλιεῦσιν ἐπένεγκειν, hoc est ab inferendo Iliensib⁹ dolore. vel ab α priuatiua ꝛ χιλοῦ hoc est cibo. Neq; enim lac gustauit prorsus: sed medullis Ceruorū a Chirone nutritus fuit. Unde cur iquit Euphorion a Myrmidonibus Achilles fuit

Troes: ꝛ hectorea primus fataliter hasta
Protesilae cadis: commissaq; prelia magno
Stant danais: fortesq; aie. nec cognitus. Hector
Nec phryges exiguo quid Achaica dextera possit
Sanguine/ senserunt. ꝛ iam signata rubebant

¶Cygnus in auem.

Cygn⁹ Achillee ferro insuperabilis haste
Factus olor molea saxea dum superat.

Littora: iam leto proles Neptunia Cygnus
Mille viros dederat. iam curru stabat Achillis:
Totaq; Peliace sternebat cuspidis ictu
Agmia: pq; acies: aut Cygnū: aut Hectora q̄rēs:
Congreditur Cygno. decimum dilatus in annuz
Hector erat. tum colla iugo canentia / pressos
Exhortatus equos/ currum direxit in hostem.
Concutiensq; suis vibrantia tela lacertis.
Quisquis es o iuuenis dixit: solamen habeto
Mortis ab Emonio quod sis iugulatus Achille.
Hactenus Eacides. vocē grauis hasta secuta est.
Sed quāq̄ certa nullus fuit error in hasta/
Nil tamen emissi profecit acumine ferri.
Atq; hebeti pectus tantummodo concudit ictu.
Nate dea (nam te fama prenouimus) inquit
Ille: quid a nobis vulnus miraris abesse?
(Mirabatur enim) non hec: quam cernis equinis
Fulua iubis/ cassis nec onus caua parma sinistre
Auxilio mihi sunt. decor est quesit⁹ ab istis.
Mars q̄q; ob hoc capere arma solet. remouebit oē
Tegminis officium. tamen indistrictus abibo.
Est aliquid non esse satum Nereide: sed qui
Nereaq;: ꝛ natas ꝛ totum temperat equor.
Dixit ꝛ hesurum clypei curuamine telum
Misit in Eaciden: quod ꝛ es ꝛ proxima rumpit
Terga nouena boum. decimo tn̄ orbe moratū est.
Excipit hoc heros. rursusq; trementia forti
Tela manu torsit. rursus sine vulnere corpus/
Syncerumq; fuit. nec tertia cuspis apertum/
Et se prebentem valuit distringere Cygnum.
Haud secus exarsit: q̄ circo Taurus aperto
Cum sua terribili petit irritamina cornu
Pheniceas vestes/ elusaq; vulnera sentit.
Num tamen exciderit ferrum/ considerat haste.
Herebat ligno. man⁹ est mea debilis ergo.
Quasq; ait ante habuit vires effudit in vno
Nam certe valuit. vel cum Lyrnesia primum
Menia deleci: vel cum Tenedonq;: suoq;
Eetionias impleui sanguine Thebas.
Uel cum purpureus populari cede Caycus
Fluxit: opusq; mee bis sensit Telephus haste.

fuit nominatus. ¶Peliace cuspidis

Pelias Pelias hasta achillis dicta ē a Pelio monte: ex quo fuerat recisa: vnde Peliacus declinatur. ¶Equos ps. col. ca. hoc est pressa ꝛ onerata iugo colla albentia habentes. est enim sinecdoche maxie huic poete familiaris. ¶Hactenus Eaci. locut⁹ est subaudiatur. ¶Athe. tanquam hebeti ꝛ obtuso. nō autē acuto. ¶Cassis. galea. ¶Caua par. concauum scutum. ¶Decor pulchritudo: ornamentū. ¶Mars quoq; ob hoc propter decorem: vt ornatus videatur: non autē vt ptegatur. ¶Indistrictus. inuulneratus. ¶Est aliq̄d modeste. genus suum ostēdat Cygn⁹ ac matri Achillis ꝯteponit. ¶Nereide: Thetide nympha: Nerei filia. ¶Sed q̄ Nereasq; ex eo subaudiatur. est autem Neptuni ꝑiphrasis. ¶Terga nouena: nouem terga ꝛ pelles. ¶Decimo orbe. decimo tergore. ¶Moratum est: retentū est atq; remoratū. ¶Syncerumq; fuit integrū. ¶Apertum nudatū. ¶Et se prebentem: se haste opponentem. ¶Distringere. vulnerare. ¶Circo apto spacioso. in circo autem venationes exhibebantur. ¶Pheniceas vel purpureas. quibus maxime agresties tauri in harena irritabantur. ¶Elusa. irrita et vana. ¶Ergo. affectui et indignationi seruit hec dictio ergo. Indignat enim Achilles: q̄ Cygnus acuta haste cuspide vulnerari non possit. Cum maxima vero indignatione in dextre sue debilitatem causam refert. ¶Lyrnesia

Menia

Hic quoq; tot cesis / quorum per littus aceruos
Et feci: & video / valuit mea dextra / valetq;.
Dixit. & ante actis veluti male crederet hastam
Misit in aduersum Lycia de plebe Nemeten.
Loricamq; simul: subiectaq; pectora rupit.
Quo plangente / grauez moribũdo pectore terrã:
Extrahit illud idem calido de vulnere telum.
Atq; ait. hec manus est / hac qua mõ vicimus hasta.
Utar in hunc idem. sit in hoc precor exitus idem.
Sic fatur. Cygnumq; petit. nec fraxinus errat:
Inq; humero sonuit non euitata sinistro.
Inde velut muro / solidaq; a caute repulsa est.
Qua tamẽ ictus erat / signatum sanguine Cygnũ
Uiderat: & frustra fuerat gauisus Achilles.
Uulnus erat nullum. sanguis fuit ille Nemete.
Tum vero preceps / curru fremebundus ab alto
Desilit / & nitido securum cominus hostem
Ense petens parmam gladio / galeamq; cauari
Cernit: & in duro ledi quoq; corpore ferrum
Haud tulit vlterius: gladioq; aduersa reducto
Ter: quater ora viri / capulo caua tempora pulsat
Cedentemq; sequens instat / turbatq; / ruitq; /
Attonitoq; negat requiem. pauor occupat illum:
Ante oculosq; natant tenebre: retroq; ferenti
Aduersos passus medio lapis obstitit aruo:
Quem super impulsum resupino corpore Cygnũ
Ui multa vertit: terreq; affixit Achilles.
Tum clypeo genibusq; premẽs precordia duris /
Uincla trahit galee: que presso subdita mento
Elidunt fauces: & respiramen iterq;
Eripiunt anime. victum spoliare parabat.
Arma relicta videt. corpus Deus equoris albam
Contulit in volucrẽ: cuius modo nomen habebat
Hic labor. hec requiem multorum pugna dierum
Attulit: & positis pars vtraq; substitit armis.
Dumq; vigil Phrygios seruat custodia muros:
Et vigil argolicas seruat custodia fossas:
Festa dies aderat: qua Cygni victor Achilles /
Palladam mactate placabat sanguine vacce.
Cuius vt imposuit profecta calentibus aris
Et diis acceptus penetrauit in ethera nidor
Sacra tulere suam. pars est data cetera mensis.
Discubuere toris proceres: & corpora tosta
Carne replent: vinoq; leuant / curasq; / sitimq;.
Non illos cithare / non illos carmina vocum /
Longaq; multifori delectat tibia buxi.
Sed noctem sermone trahunt: virtusq; loquendi
Materia est. pugnam referunt / hostisq; / suamq;

RAPH: Lyrnesius

menia. Lyrnesus vrbs Troadis: quã Greci diripuerũt: vnde Briseida rapuit Achilles. ¶ Solus Echionias: corrupte quidem sic legitur eorum culpa: q sibi omnia permittunt in iis inuertendis: que in priscis exemplaribus descripta non percipiunt. Cuz enim Ouidius quasnã

Eetionee Thebe.

Eetionias Thebas vocaret: minus intelligerent homines & imperiti & temerarij: non solum Eetionias i Echionias inuerterunt: sed hoc quoq; nomen Solus commodo suo asseri pserunt: ignorãtes Echionias Thebas in Beotia esse que pro Grecis contra Troianos steterunt: vt aperte in secundo Iliados narrat Homerus. Quas autem se iactat expugnasse Achilles i Cilicia sunt Eetionie dicte ab Eetione Andromaches patre quem ab Achille interfectũ: Thebenq; vrbez Cilicie excisam fuisse depopulatam apud Homerum Andromache ipsa conque-

Thebe.

ritur. Thebe autez multarum vrbium est nomen: Siquidem & in Egypto et in Beotia & in Cilicia & in Syria et in Ionia iuxta Miletum: & in Attica & i Thessalia Phthiotide & i Italia Thebe fuerunt. Thebe autem Cilicie p Troianis contra Grecos arma sumpserunt. Legitur etiã Eetioneas. ¶ Pur-

Purpureus Caycus

pureus Caycus: fluuius ẽ mysie caycus. quaz regionez Greci deuastarunt: ne Troianis ferre auxiliũ posset. ¶ Cede populari. occisione populi sui ¶ Bis sensit Telephus. Te-

Telephus.

lephus Herculis fuit filius ex Auge nympha qui expositus / a cerua dicitur fuisse educatus: robustiusq; effectus Lyrcijs imperauit. Sẽtiens autẽ pro Troianis ab Achille q̃dem in femore fuit vulneratus: sed a suis protectus mortem effugit. Cuz vero nulla remedia vulneri inuenirentur / Apollo consultus respõdit aliter non posse sanari nisi iterum se Achilli preberet vulnerandum. Quod cum fecisset incolumis euasit: hoc autem Plinius ad naturalez referens rationem ait. Ferri naturam stipticã esse: ideoq; medicos ẽplastris plagarum limaturam ferri adhibere solere. Unde & Achilles inquit doctus a Chirone per decussionem ferri Telephi vulnus dicitur curasse. ¶ Ante actis cedibus. ante factis. ¶ Plangente: percutiente. ¶ Utar in hoc idem: ego idem vtar hasta eadem contra hũc Cygnũ. ¶ Fraxinus: fraxinea hasta. ¶ Non euitata a Cygno: q nihil illa affendebatur. ¶ Solida caute: solido lapide. ¶ Securum: hostem: Cygnum nihil timentem: quia vulnerari non poterat. ¶ Ferruz ledi: retũdi. ¶ Ter quater: sepius. ¶ Cedentẽ. retro subintelligat. ¶ Ruit: eruit. ¶ Tenebre natant: volitant. attonitus enim nihil prospicere poterat. ¶ Quem super: anastrophe est: super quem enĩ in soluta dicimus oratione. ¶ Affixit terre: prostrauit. ¶ Trahit: trahens stringit. ¶ Elidũt: comprimunt. ¶ Cõtulit in volucrẽ: conuertit i volucrẽ nõ nouã: sed i quã Cygnus Stheneli regis Lygurũ filius casu Phaetõtis fine dolens fuerat cõmutatus: vt in secũdo poeta narrauit. ¶ Fabule. iiij. lib.

Inque vices adita/atque exhausta pericula sepe
Cōmemorare iuvat. q̄d enim loqueret Achilles:
Aut quid apud magnū potius loqueret Achillē:
Proxima precipue: domito victoria Cygno
In sermone fuit. visum mirabile cunctis:
Quod iuvenis corpus nullo penetrabile telo:
Invictumque a vulnere erat/ferrumque terebat.
Hoc ipse Eacides hoc mirabantur Achivi.
Cum sic Nestor ait. vestro fuit vnicus evo
Contemptor ferri: nulloque forabilis ictu

¶ Cenis in virum.
Est modo vir Ceneus nullo penetrabilis ictu:
Qui quondam patiens femina Cenis erat.

Cygnus. at ipse olim patientem vulnera mille
Corpore non leso Perrhebum Cenea vidi.
Cenea Perrhebum: qui factis inclytus/Othrin
Incoluit: quoque id mirum magis esset in illo:
Femina natus erat. monstri novitate moventur:
Quisque adest: narretque rogant: q̄s inter Achilles
Dic age (nam cunctis eadē est audire voluntas)
O facunde senex cui prudentia nostri:
Quis fuerit Ceneus. cur in contraria versus.
Qua tibi militia/cuius certamine pugne
Cognitus/a quo sit victus: si victus ab vllo est.
Tum senior. q̄uis obstet mihi tarda vetustas:
Multaque me fugiant primis spectata sub annis:
Plura tamen memini: nec que magis hereat/vlla
Pectore res nostro est/inter belliquae/domusque
Acta tot: ac si quem potuit spaciosa senectus
Spectatorem operum multorum reddere: vixi
Annos bis centum. nunc tertia vivitur etas.
Clara decore fuit proles Elateia Cenis
Tessalidū virgo pulcherrima: perque ꝓpinquas/
Perque tuas vrbes (tibi enim popularis Achille)
Multorum frustra votis optata procorum.
Tentasset Peleus thalamos quoque forsitan illos:
Sed iam aut contigerant illi connubia matris:
Aut fuerant promissa tue. nec Cenis in vllos
Denupsit thalamos: secretaque littora carpens
Equorei vim passa dei est. ita fama ferebat.
Utque nova Veneris Neptunus gaudia cepit:
Sint tua vota licet dixit secura repulse.
Elige quid voveas. eadem quoque fama ferebat.
Magnum/Cenis ait/facit hec iniuria votum:
Tale pati iam posse nihil. da femina ne sim.
Omnia prestiteris. graviore novissima dixit
Verba sono: poteratque viri vox illa videri/
Sicut erat. nam iam voto deus equoris alti
Annuerat: dederatque super: ne saucius vllis

Hu. argumentū.
LACT. ¶ Hic labor ⁊c. Superato aūt Cygno inter epulas Achilles: ceterique Achivi admirarent corporis duriciem: q̄d toties hasta a corpore ei' esset repulsa: q̄ admiratio a Nestore sene doctissimo speciosiore exēplo īfirmat. Retulit ei sua etate Cenim Phiati filiā fuisse: que ꝓpter pulchritudinē a Neptuno ꝯpressa sit. Data venia ob iniuriā: vt in virum mutata nullo telo īterfeci possit. Hinc cū Pirithous Irionis fili' Neptuni interesset: ducta Hippodamia: ⁊ Euryt' inter cētauros scitat' in raptā sonā ipetū fecisset: ceteri ꝓsiluere Lapithe: atque cētauri in nuptias freq̄ntātes. Ideoque cū maxia cedes eēt exorta: plurimique ex vtraque parte ob raptū matronaꝝ ꝯcidissent. ⁊ q̄d inviolabil' ipse restaret ab vniversis: q̄ ex cede reliq̄ fuerūt: novissime ipetu facto: ꝯgestisque in eū arborū trūcis spm̄ reddere coact' est. Tū nō īmemor de' Neptunus a quo speciosū mun' acceperat: supdictū ivolucrē noīs sui trāsfiguravit.

LAPH. ¶ Hic labor. describitur' poeta duplicē Cenei mutationē: nā ex femina in virū: ⁊ ex viro in avē est transfiguratus: sacrificia: cōvivisque grecoꝝ principū: pliumque Lapitharū cū cētauris ī Pirithoi nuptiis ꝑnarrat. ¶ Fossas. castrorū. ¶ Profecta. exta. ¶ Acceptus. gratus.

Nidor. ¶ Nidor. odor: ꝓprie tostarū carniū. ¶ Sacra tulere suaz sacrificia habuere suā portionem. ¶ Toris. in lectis. stratis nāque tribus lectis antiqui discūbebant. ¶ Tosta carne. nam heroes elixis nō vescebāt carnib' ¶ Multifori buxi. multa foramina habēt. hee aūt oblectamēta ociosoꝝ ⁊ delicatorū sunt: nō fortiū atque bellicosorū. ¶ Virtus. fortitudo ¶ Exhausta. expugnata ac supata. ¶ Invictusque a vulnere erat. insupabile atque expers vulneris erat. ¶ Terebat. hebetabat: retundebat. ¶ Forabilis penetrabilis. ¶ Perrhebuz Cenea vidi.

Cenis ¶ Cenis elatei. Lapithe filia fuit: cui neptunus cū vim intulisset: copiam fecit vt quidq̄d vellet: peteret: se eī oino concessurū. Puella: vt vir invulnerabilis efficeret petiit. Id illi benigne ꝓmisit Neptun': Ceneusque vocat' nulli deorum neque sacrificabat: neque supplicabat: sed sue dūtaxat haste: cui etiā peregrinos ad se veniētes sacrificare cogebat. Qua ipietate irā Iovis in se ꝯcitavit. Nā inpugna a Cētauris in nuptiis Pirithoi excitata: multos hostiū cū īterfecisset: neque ipse cuiusq̄ ferro vulnerari posset: a Cētauris tādē ꝯiectis arborib' fuit oppssus: in avēque a Neptuno trāsmutat'.

Perrheb' ¶ Perrhebū. Perrheb' vrbs est Thessalie. vñ Perrheb' ⁊ Perrhebe' nomē gētile declinat: cuius nominis cū prima syllaba sit brevis: duplicato r a poeta ꝓducta est. ¶ In clyt'. ꝑclar'.

Othris ¶ Othriz. mōs est Thessalie Othris notissimus. ¶ Voluntas audi. figura est greca. nam audiēdi latine dicitur. ¶ Cur in ꝯtria versus: ex femina i marē. ¶ Si vict' ab vllo est. bene dubitat Achilles: an ab vllo sit victus Ceneus: cum invulnerabilis esset. ¶ Quāvis obs. mihi ꝯputa indit Nestor: meorū meā senectus

Uulneribus fieri: ferroue occumbere posset.
Munere letus abit: studiisqz virilibus euum
Exigit Atracides: Peneiaqz arua pererrat.

Hippodames nuptie.
Connubio Hippodames non felix adfuit omen:
Cum dederint multos vina: furorqz neci.

Duxerat Hippodamen audaci Ixione natus:
Nubigenasqz feros/ positis: ex ordine mensis/
Arboribus tecto discumbere iusserat antro.
Emonii proceres aderant. aderamus z ipsi.
Festaqz confusa resonabat regia turba.
Ecce canunt Hymeneon: z ignibus atria fumant.
Cinctaqz adest virgo/ matrumqz nurumqz caterua/
Presignis facie. felicem diximus illa
Coniuge Pirithoum: quod pene fefellimus omen.

Lapithe centauri.
Armauit Lapithas pia gratia: vina bimembres
Et tandem pressit gratia viua voce.

Nam tibi seuorum seuissime Centaurorum
Euryte q̄ vino pectus: tam virgine visa
Ardet: z ebrietas geminata libidine regnat.
Protinus euerse turbant conuiuia mense:
Raptaturqz comis per vim noua nupta prehensis
Eurytus Hippodamen. alij / quā quisqz probabat
Aut poterat/ rapiunt: capteqz erat vrbis imago.
Femineo clamore sonat domus. ocyus omnes
Surgimus. z primus: que te vecordia Theseus
Euryte pulsat? ait/ qui me viuente lacessas
Pirithoum: violasqz duos ignarus in vno?
Neue ea magnanim⁹ frustra memorauerit heros/
Summouet instantes: raptamqz furentib⁹ aufert.
Ille nihil contra. neqz enim defendere verbis
Talia facta potest. sed vindicis ora proteruis
Insequitur manibus: generosaqz pectora pulsat.
Forte fuit iuxta signis extantibus asper
Antiquus crater: quem vastum/ vastior ipse
Sustulit Egides: aduersaqz misit in ora.
Sāguinis ille globos pariter: cerebrūqz/ merūqz/
Uulnere/ z ore vomens/ madida resupinus harena
Calcitrat. ardescunt germani cede Bimembres:
Certatimqz omnes vno ore arma/ arma loquūtur.
Uina dabant animos. z prima pocula pugna
Missa volant: fragilesqz cadi/ curuiqz lebetes/
Res epulis quondam/ nunc bello/ z cedibus apte.
Primus Ophionides Amycus penetralia donis
Haud timuit spoliare suis: z primus ab ede
Lampadibus densum rapuit funale coruscis:
Elatumqz alte: veluti qui candida tauri
Rumpere sacrifica molitur colla securi:
Illisit fronti Lapithe Celadontis: z ossa

Raph. Innectus impediat: multorumqz sim oblitus: plura tñ recordor. Pulchre aūt senis decorū seruat: nā z etatē excusat Nestor: z se iactat id qđ senili etati peculiare esse Horat. tradit. Multaqz me lug'āt. multorū sim oblit⁹. Nūc tercia viuitur etas. poetica licētia hoc verbo viuit in passiua: z voce z significatiōe vsus est poeta. Etatē ṽo pro seculo posuit. Nā seculū cētū ānorū spatium cōprehendit. Proles Elatela. elatei filia. Thessalidū: Thessalorū: patronymica nāqz forma p possessiua est posita. Tibi em ppl'aria Achille: ex eodē quo tu o Achille pplo fuit. Multorū frustra votta. nulli em vnqz nubere voluit. Tue mēta: Thessalis. Secretaqz littora carpēs: p secreta littora ambulās. Equorei dei. Neptuni. Ita fama ferebat: sic dicebat ab omnib⁹ Cenim a Neptūo fuisse cōpressā. Sint tua vota licet: hoc ē secure potes oia q̄cūqz vis optare: nullam em feres repulsam. Secura repulse. nullā timēntia repulsā. Quid voueas: qđ optes. Magnū facit hec iniuria votū: hec iniuria inq̄t: qua mihi virginitatē eripuisti: effecit: vt magna petere audeā. Nihil tale. talez violentiam ne pati possiz ꝯcede. Oia p̄stiteris. oia mihi videberis p̄stitisse. Grauiore so. maiore voce. iam enim in marē fuerat conuersa. Mariū enim voces q̄ feminarū solent esse grauiores. Annuerat voto. cōcesserat id qđ cupiebāt. Dederatqz sup: insup cōcesserat. Atracides: Atrax vrbs est Thessa-

Atrax. Thessalie ab Atrace Penei z Bure filio edificata et denominata: vñ Atracides declinatur et Atraci⁹. Patronymicū aūt pro possessiuo ē positū. Peneia arua. p q̄ Peneus labit. Duxerat Hippodamē: Pirithous Ixionis non ex nube: sed ex cōiuge filius Hippodamiā vxorē duxit: ad cui⁹ nuptias cētauros z lapithas qz inuitauit: sed cētauri: in p̄misqz Euryt⁹ vino calēs vim noue nupte afferre cum vellet: maximā excitauit pugnā: in qua cū multi vtrinqz cecidissent: Lapithe tandē superiores euaserūt. Audaci Ixione: q̄ ausus est de stupro interpellare Iunonē: que ei nubē sibi similē obiecit: ex qua cētauri nati esse feruntur: caput q̄dē humanū. reliq̄ ṽo mēbra eq̄na habētes.

Ixion. Quod quidē cū fieri nō possit: idcirco fictū ē (vt Palephatus narrat) q̄ Ixione in Thessalia regnāte taurorū grex in Pello mōte fer⁹ est effect⁹: qb⁹ q̄dez nō solū mōtes infestabant: sz culta q̄z loca deuastabātur. Quare mox Ixion multas pecūias iis ꝓposuit: qui feros illos tauros caperent. Iuuenes igit quidaz ad radices Pelii mōtis habitātes in vico: qui Nephele. i. nubes vocabat: ceperunt ita docere equos vt celeriorem paterent: antea nāqz eq̄tare nesciebāt: verū curribus solū vtebātur. Ita singulos equos cum alcēdissent in tauros impetū fecerūt: iaculisqz vulnerantes tādē interfecerūt. Unde etiā cētauri iuuenes illi fuerūt denominati ἀπὸ τοῦ κεντεῖν τοὺς ταύρους hoc est a stimulandis z vulnerādis bobus.

Centauri.

Nulla

Non cognoscendo confusa reliquit in ore.
Exsiliere oculi: disiectisqz ossibus oris
Acta retro naris: medioqz est fixa palato.
Hunc pede conuulso mense Pelleus acerne
Strauit humi Pelates / deiecto in pectora mento
Cumqz atro mixtos spumantem sanguine dentes
Vulnere tartareas geminato misit ad vmbras.
Proximus vt steterat: spectans altaria vultu.
Fumida terribili: cur non ait vtimur istis?
Cumqz suis Gryneus immanem substulit aram
Ignibus: et medium Lapitharum iecit in agmen.
Oppressitqz duos Brotean / et Orion. Orio
Mater erat Mycale: quam deduxisse canendo
Sepe reluctantis constabat cornua Lune.
Non impune feres: teli modo copia detur:
Dixerat Exadius: teliqz habet instar: in alta
Que fuerant pinu: votiui cornua cerui.
Figitur hinc duplici Gryneus sua lumina ramo:
Eruiturqz oculos: quorum pars cornibus heret.
Pars fluit in barbam: cōcretaqz sanguine pendet.
Ecce rapit mediis flagrantem Rhetus ab aris
Primitium torrem: dextraqz a parte Charaxi
Tempora perfregit fulua protecta capillo.
Correpti rapida: veluti seges arida / flamma
Arserunt crines: et vulnere sanguis inustus
Terribilem stridore sonum dedit: vt dare ferrum
Igne rubens plerunqz solet: quod forcipe curua
Cum faber eduxit: lacubus demittit. at illud
Stridet: et in tepida submersum sibilat vnda.
Saucius hirsutis auidum decrinibus ignem
Excutit: inqz humeros limen tellure reuulsum
Tollit onus plaustri: qd ne permittat in hostem:
Ipsa facit grauitas. socium quoqz saxea moles
Oppressit spatio stantem propiore Cometen.
Gaudia nec retinet Rhetus. sic comprecor inquit
Cetera sit fortis castrorum turba tuorum.
Semicremoqz nouat repetitum stipite vulnus:
Terqz: quaterqz: graui iuncturas verticis ictu
Rupit: et in liquido sederunt ossa cerebro.
Victor ad Euagrū: Corithūqz / Dryāthaqz trāsit.
E quibus vt prima tectus lanugine malas
Procubuit Coritus. puero que gloria fuso
Parta tibi est Euagrus ait? nec dicere Rhetus
Plura sinit: rutilasqz ferox in aperta loquentis
Condidit ora viri: perqz os in pectora flammas.
Te quoqz seue Drya circum caput igne rotato
Insequitur. sed non in te quoqz constitit idem
Exitus: assidue successu cedis ouantem:

Nzph. Nullis quippe tauri pars cētauris inest Figura: vo hominis et equi esse videtur: ex eo q primi ascēdere equos ceperūt. Acceptis aūt ab Ixione pecuniis adeo superbi sunt effecti: vt cum alios multos: tum Ixionē ipsum Lapithis imperantē variis iniuriis afficerent. Ad nuptias ei Pirithoi inuitati: posteaqz ebrii sunt facti: Lapitharum vxores rapere atqz asportare illas eqs iponētes ceperūt. Ita pugna iter centauros et Lapithas exorta est. Cum vo in montes refugerent: caude equorum capita hoim būtagat cernebantur: ex q incredibilis fabula fuit elegāter conficta. ¶ Nubigenasqz feros. centauros feroces ex nube genitos. ¶ Emonii proceres. Thessali pncipes. ¶ Cōfu. turba. variorum populorū. ¶ Cinctaqz adest virgo. circūdata multitudine matronarū. ¶ Qd pene fefellim⁹ omen: pene falsum effecimus pter eaz que secuta est rixā. ¶ Ebrietas geminata. duplicata. ¶ Libidine. appetitu coeundi cum Hippodamia virgine. ¶ Probabat. laudabat. ¶ Sonat. resonat: strepit. ¶ Que vecordia. Theseus partes Pirithoi inscripit: cui amicitia tāta cōiunctus erat: vt inter paris amicorum primi numerent. ¶ Pulsat. vexat. ¶ Lacessas. ad irā puoces. ¶ Vnolasqz duos ignarus in vno. ex puerbio greco de veris amicis: hoc sumptū esse videtur σωματα μεν δυο ψυχη δε μια. hoc est corpora quidē duo: anima vero vna. ¶ Sūmouet. repellit. ¶ Instātes resistētes. ¶ Furētib⁹. centauris. ¶ Sed vindicat: Theset quā nouā nuptā a Centaurorum iniuria liberat. ¶ Extantibus. eminentib⁹. ¶ Crater: venis ¶ Vastū. maximum. ¶ Egides. Theseus Egei filius ¶ Calcitrat. calcib⁹ terram percutit. ¶ Bimēbres. cētauri qui et homines et equi mēbra habebāt. ¶ Arma: arma loquunt. clamant. Est autez μιμησις. et imitatio clamoris centaurorum. ¶ Fragilesa cadi. ex creta cōfecti. ¶ Ophionides Amycus. Ophionis filius. ¶ Penetralia. sacraria. ¶ Dēsum funale. funale quidē hoc loco instrumentū esse videtur lāpadib⁹ sustinendis accōmodatuz. sed vt tradit Ser. funale a funibus dicit: quos ante vsum papyri cera circūdatos prisci hauuere. Unde et funera dicta sūt: q funes incensi mortuis pferebantur. ¶ Lampadib⁹ coruscantib⁹ lucernis coruscātibus et lucentibus. ¶ Sacrifica securi. sacrificiis dicata. ¶ Illisit. intorsit: et eum impetu misit. ¶ In ore nō cognoscēdo. in facie: que propter omniū confusionē cognosci nō poterat. ¶ Disiectis diuisis: dissipatis. ¶ Mēse acerne. ex acere confecte. ¶ Strauit. prostrauit. ¶ Pelleus Pelates. Pella nomē est multarū vrbiū. Funale nam et in Macedonia: et in Thessalia: et in Achaia: et i Syria est Pella: vnde Pelleus deriuatur. Pella Sed Pella Macedonie Alexādri magni patria Bunomos: et Bunomia fuit pri⁹ dicta. Pella autem cognominata est a Pella cōditore. ¶ Spumantem. expuentē: nam spuma eiicientem: ¶ Immanē. maximam.

Qua iuncta est humero ceruix:sude figis obusta.
Ingemuit:duroq; sudem vix osse reuellit
Rhetus.ꝛ ipse suo madefactus sanguine fugit.
Fugit ꝛ Arneus/Lycidasq;:ꝛ saucius harmo
Dexteriore Medon:ꝛ cum Pisenore Caumas:
Quiq; pedum nuper certamine vicerat omnes
Mermeros:accepto tum vulnere tardius ibat.
Et Pholus/ꝛ Meneleus/ꝛ Abas predator apꝛoꝝ/
Quiq; suis frustra bellum dissuaserat augur
Astylos.ille etiam metuenti vulnera Nesso/
Ne fuge.ad Herculeos(inquit)seruaberis arcus.
At nõ Eurynomos/Lycidasq;/ꝛ Areꝰ/ꝛ Imbreꝰ
Effugere necem:quos omnes dextra Dryantis
Perculit aduersos aduersum tu quoq;/quamuis
Terga fuge dederas:vulnus Cenee tulisti.
Nam graue respiciens inter duo lumina ferrum:
Qua naris fronti committitur.accipis ime.
In tanto fremitu cunctis sine fine iacebat
Sopitus venis inexperrectus Aphidas/
Languentiq; manu carchesia mixta tenebat/
Fusus in Ossee villosis pellibus Urse.
Quem procul vt vidit frustra nulla arma mouentẽ:
Inserit amento digitos/miscendaq; dixit
Cũ styge vina bibes Phoꝛbas.nec plura locutus
In iuuenem torsit iaculum/ferrataq; collo
Fraxinus/vt casu iacuit resupinus:adacta est.
Moꝛs caruit sensu:plenoq; e gurgite fluxit.
Inq; toros/inq; ipsa niger carchesia sanguis.
Uidi ego Petreum conãtem tollere terra
Glandiferam quercum:quam dũ cõplexibꝰ ambit.
Et quatit huc/illuc:labefactaq; roboꝛa pulsat:
Lancea Pirithoi costis immissa Petrei
Pectoꝛa cum duro luctantia roboꝛe fixit.
Pirithoi cecidisse Lycum virtute ferebant.
Pirithoi virtute Chꝛomin.sed vterq; minoꝛem
Uictori titulum/q̃ Dictys/Helopsq; dederunt.
Fixus Helops iaculo est:qd peruia tempoꝛa fecit:
Et missum a dextra leuam penetrauit ad aurem.
Dictys ab ancipiti delapsus acumine montis
Dum fugit instantem trepidans Ixione natum
Decidit in preceps:ꝛ pondere coꝛpoꝛis oꝛnum
Ingentem fregit:suaq; induit ilia fracte.
Ultoꝛ adest Phereus:saxumq; e monte reuulsum
Mittere conatur.mittentem stipite querno
Occupat Egides:cubitiq; ingentia fregit
Ossa:nec vlterius dare coꝛpus inutile leto
Aut vacat/aut curat.tergoq; Bianoꝛis alti
Insilit:haud solito quenq̃ poꝛtaret nisi ipsum

[illegible] Ꝗ mã. ¶ Reluctãtis.repugnãtis:resistẽtis. ¶ Canẽdo.incãtãdo. ¶ Figit Gryneꝰ lumina:figurate ꝑ synegdochen poeticã talia dicuntur.nã soluta oꝛatio lumina figũtur exposceret:ꝛ oculi eruunt. ¶ Primitiũ toꝛrem.pꝛincipalem titionẽ. ¶ Dedit.edidit:emisit. ¶ Igne rubens.candẽs. ¶ Eduxit.extraxit ex igne. ¶ Lacubꝰ.i lacus. ¶ Sibilat.sibilare videt. ¶ Onus plaustri.magnitudinẽ saxi ostendit. ¶ Permittat.imittat:iactat. ¶ Ipsa grauitas.ipm pondus. ¶ Saxea moles.saxi magnitudo. ¶ Gaudia nec retinet Rhetꝰ:hoc est pꝛe se fert letitiã d' Comete moꝛte cõceptã. ¶ Semicremo.semicremato. ¶ Terq; quater.sepius.numerꝰ eñ finitꝰ pꝛo infinito est positꝰ. ¶ Verticis.capitis.a parte nãq; per synegdochẽ intelligimꝰ totum. ¶ Sederũt.depsa fuerũt:descẽderunt in cerebrũ.A sidendo nãq; hoc preteritũ venit. ¶ Pꝛima lanugine ꝑma barba. ¶ Tectꝰ malas.tectas ꝛ coopertas habẽs maxillas.est ei synegdoche poetica:vt sepiꝰ diximꝰ Malas sũt pꝛo maxillis posuit poeta:nã male:q̃ homini tñ tribute sunt(vt tradit Plinius) lanugine non vestiũtur.Sunt eñ partes ille:q̃ inter oculos ꝛ buccã in pomi similitudinem eminent:vnde etiã male fuerũt appellate quod malo ꝛ pomo similes esse videantur. ¶ Puero iuso.strato:interfecto.Puerum aũt illum vocat:vt illiꝰ cedis auctorẽ in inuidiaꝫ adducat. ¶ Condidit.coniecit. ¶ Sed non in te quoq; cõstitit idem Exitus: nem

Primitiꝰ toꝛris.

Malis.

nã dryas cẽtauros ipsumq; in pꝛimis Rhetum in fugam conuertit. ¶ Assidue cedis.nam particula sitaue subaudiat.Exponit eñ quomodo idem exitus Euagri ꝛ Dryãtis non fuerit:Dryas enim Rhetuꝫ se persequentẽ vulnerauit:ꝛ in fugã conuertit. ¶ Sude obusta.preusto palo. ¶ Quiq; suis frustra.cẽtauris ¶ Ad Herculeos arcꝰ.nã Nessus:vt in superiore libro poeta exposuit cum Deianire Herculis vxori vim afferre vellet:ab Hercule ipso sagitta hydre veneno tincta transfixꝰ est. ¶ Perculit.percussit. ¶ Cõmittit.coniungit. ¶ Ime:fronti.infime frõtis parti. ¶ Sopitꝰ venis.propter ebrietateꝫ. Que quanta fuerit ex eo ostenditur:q̃ in tãto strepitu doꝛmiebat:nec expergisci poterat ¶ Carchesia. Carchesiuꝫ vas est vinarium. ¶ Urse Ossee.vrse:que in Ossa monte fuerat capta. Ab Ossa nanq; Osseus deriuatur. ¶ Amẽto.loro quo iaculatores vtuntur:vt lõgius hastas emittant. ¶ Cum stige.cum aqua stigis paludis. ¶ Fraxinus ferrata.hasta ex fraxino munita ferro:ac cuspidem ferream habens. ¶ Moꝛs caruit sensu.sopitus enim ac ebrius erat. ¶ Plenoque e gurgite.ventre quem propter magnitudinem gurgitem vocat.Legitur etiam Gutture. ¶ Inque toros.in lectum ex vrse pellem. ¶ Tollere.euellere. ¶ Labefacta roboꝛa.labefactã quercum.Roboꝛa autem legendum est/non coꝛpoꝛa:vt fere in exemplaribꝰ est depꝛauatum.

Nessus.

Carchesium.

Amẽtum.

Opposuitqȝ genu costis: prensemqȝ sinistra
Cesariem retinens vultum/minitantiaqȝ ora.
Robore nodoso/preduraqȝ tempora fregit.
Robore Nedymnum/iaculatoremqȝ Lycotem
Sternit: ⁊ immissa protectum pectora barba
Hippason: ⁊ summis extātem Riphea syluis.
Tereaqȝ Emonijs qui prensos montibus vrsos
Ferre domum viuos: indignantesqȝ solebat.
Haud tulit vtentem pugne successibus vltra
Thesea Demoleon: solidoqȝ reuellere dumo
Annosam pinum magno molimine tentat.
Quod quia non potuit: prefractam misit in hostē.
Sed procul a telo Theseus veniente recessit
Pallados admonitu (credi sic ipse volebat)
Non tamen arbor iners cecidit: nā Crantoris alti
Abscidit iugulo pectusqȝ/humerumqȝ sinistrum.
Armiger ille tui fuerat genitoris Achille:
Quem Dolopum rector bello superat⁹ Amyntor
Eacide dederat pacis pignusqȝ: fidem.
Hunc procul vt fedo disiectum vulnere Peleus/
Vidit: at inferias iuuenum gratissime Crantor
Accipe ait: validoqȝ in Demoleonta lacerto
Fraxineam misit/mentis quoqȝ viribus hastam:
Que laterum cratem perrupit: ⁊ ossibus herens
Intremuit: trahit ille manu sine cuspide lignum.
Id quoqȝ vix sequitur: caspis pulmone retenta est
Ipse dolor vires animo dabat. eger in hostem
Erigitur. pedibusqȝ virum proculcat equinis.
Excipit ille ictus galea: clypeoqȝ sonantes.
Defensatqȝ humeros: pretentaqȝ sustinet arma.
Perqȝ harmos vno duo pectora perforat ictu.
Ante tamen leto dederat Phlegreon/⁊ Hylem
Eminus Iphinoum/collato Marte Daninqȝ.
Additur his Dorylas: qui tempora tecta gerebat
Pelle lupi: seuiqȝ vicem prestantia teli
Cornua dura boum multe rubefacta cruore.
Huic ego (nam vires animus dabat) aspice dixi
Quantum concedant nostro tua cornua ferro.
Et iaculum torsi. quod cum vitare nequiret:
Opposuit dextram passure vulnera fronti.
Affixa est cum fronte manus. fit clamor. at illum
Herentem Peleus/⁊ acerbo vulnere victum
(Stabat enim proprior) mediā ferit ense sub aluū.
Prosilit: terraqȝ ferox sua viscera traxit.
Tractaqȝ calcauit. calcataqȝ rupit: ⁊ illis
Crura quoqȝ impediit: ⁊ inani concidit aluo.
Nec te pugnantem tua Cyllare forma redemit:
Si modo nature formam concedimus illi.

Rapw. ☞ ¶ Costis. per costas. ¶ Luctantis. retinētia. ¶ Pirithoi virtute. forti tudine. repetitione autem in Pirithoi laudē vsus est poeta. ¶ Minorē titulum. minorē gloriā. ¶ Dictys. Centauri namē est: non appellatio. ¶ Quod pinis tempora fecit. qđ per media tempora penetrauit. ¶ Ancipiti acumine. precipiti ⁊ alto mōtis verticē: atqȝ acumine. ¶ Et pondere corporis ornū. quāt⁹ esset Dictys Cētaurus pulchra emphasi demōstratur. Qui enī cadēs maximā ornum frāgit: nō potest nō vastissim⁹ esse. ¶ Sua induit illa fracte: hoc est/suisqȝ illis cooperuit fractam ornū. Dicim⁹ autē induo te vestē ⁊ tibi. ¶ Mittēte. mittere volentem. ¶ Occupat. ante aggreditur. ¶ Inutile. propter brachium fractum. ¶ Vacat. otium habet. ¶ Nisi ipsum. seipsum. ¶ Robore nodoso. claua nodis plena. ¶ Immissa. protensa/longa. ¶ Extantem. eminentem. ¶ Tereaqȝ Emonijs qui ꝑnios mont et. ⁊c. quantis fuerit Thesei virt⁹/magnitudo/fortitudo qȝ Cētaurorū: quos interfecit aperte ostēdit. ¶ Vltra. vlteri⁹ ¶ Magno molimine. magno conatu. ¶ Recessit. refugit. ¶ Credi sic ipse volebat: se a Pallade admonitum fuisse Theseus credi volebat. ¶ Abscindit. auellit. ¶ Amyntor: rex hic Dolopū fuit: ac Phenicis pater. ¶ Pacis pignusqȝ/fidemqȝ: significat Crantorem Peleo obsidē ab Amyntore fuisse datū. ¶ Disiectum. dissipatū. ¶ Mētis quoqȝ viribus. etiā indignatiōe mētis. ¶ Laterū

Dictys. Amyntor.

¶ Laterū cratem. costas que ita composite sunt. vt cratē efficere videantur. ¶ Eger indignat⁹. ⁊ vulnerat⁹. ¶ Erigitur. concitatur. ¶ Proculcat. cōculcat. ¶ Virū Peleū. virtute preditum. ¶ Duo pectora. et equi ⁊ hois. Cētaurus enī fuit. ¶ Collato Marte. cominus ⁊ ense ꝑcutiēs. ¶ Quātū cōcedāt. quāto sint inferiora nr̄o ense. ¶ Torsi. cum impetu ieci. ¶ Herētem. dubitātem. ¶ Sub mediā aluum: circa mediū ventrē. ¶ Terra. ꝑ terram. ¶ Sua viscera. sua intestina. ¶ Impediit. colligauit. ¶ Tua Cyllare forma. tua pulchritudo. Cyllarus autem et Centauri ⁊ equi a Castore domiti nomē est. Vergilius. Domit⁹ Pollucis habenis Cyllarus. ¶ Redimit. seruauit/liberauit a cede. ¶ Illi nature. Centaurorū qui cum sint ex parte equi: ⁊ ex parte homines non videntur esse posse formosi. ¶ Barba erat incipiens. quāta esset pulchritudine Cyllarus Centaurus elegāter poeta describit. ¶ Color aureus. fulu⁹. ¶ Laudatis proxima signis. statuis nō vulgaribus: sed approbatis simillima. ¶ Mēdosa facies. turpis figura. ¶ Sic tergum sessile. latū aptumqȝ ad sedendum. Aliter sessiles lacticas dicimus. Sedentes enim in eis legimus. ¶ Pectora celsa. eminentia/alta. ¶ Toris. propter toros/et eminentes carnes. ¶ Candida cauda. tamē generosissimi equi signa describit poeta. ¶ Petiere. appetiuere. ¶ Sua de gēte. de Centaurorum gn̄e. ¶ Hylonome. syluā depascēs interpretatur.
☞ Nō

Cyllarus. Hylonome.

Barba erat incipiēs. barbe color aureus: aureaq;
Ex humeris medios coma pendebat in harmos.
Gratus in ore vigor. ceruix/humerisq;/manusq;/
Pectoraq; artificum laudatis proxima signis:
Ex qua parte vir est. neq; equi mendosa sub illo
Deteriorq; viro facies. da colla/caputq;
Castore dignus erit. sic tergum sessile/sic sunt
Pectora celsa toris. totus pice nigrior atra/
Candida cauda tn̄. color est quoq; crurib' albus.
Multe illum petiere sua de gente: sed vna
Abstulit Hylome: qua nulla decentior inter
Semiferas altis habitauit femina syluis.
Hec & blādītijs/& amādo/& amare fatendo
Cyllaron vna tenet. cultus quoq; quantus in illis
Esse potest membris: vt sit coma pectine leuis.
Ut modo rore maris: modo se violaue/rosaue
Implicet: interdum canentia lilia gestet.
Bisq; die lapsis Pagasee vertice sylue
Fontibus ora lauet: bis flumine corpora tingat.
Nec nisi que deceant: electarumq; ferarum
Aut humero: aut lateri pretendat vellera leuo.
Par amor est illis. errant in montibus vna.
Antra simul subeunt: & tum Lapiteia tecta
Intrarāt pariter: pariter fera bella gerebant.
Auctor in incerto est: iaculum de parte sinistra
Uenit: & inferius qua collo pectora subsunt
Cyllare te fixit. paruo cor vulnere lesum
Corpore cum toto post tela educta refrixit.
Protinus Hylonome morientes excipit artus.
Impositaq; manu vulnus fouet: oraq; ad ora
Admouet: atq; anime fugienti obsistere tentat.
Ut videt extinctum: dictis/que clamor ad aures
Arcuit ire meas: telo/quod inheserat illi
Incubuit: moriensq; suum complexa maritum est.
Ante oculos stat & ille meos: qui seua leonum
Uinxerat inter se connexis vellera nodis
Pheocomes: hominemq; simul protectus/equumq;
Codice qui misso/quem vix iuga bina mouerent
Iuncta/Phonoleniden a summo vertice fregit.
Fracta volubilitas capitis latissima: perq; os/
Perq; cauas nares/oculos: auresq; cerebrum
Molle fluit: veluti concretum vimine querno
Lac solet: vt liquor rari sub pondere cribri
Manat: & exprimitur per densa foramina spissus.
Ast ego/dum parat hic armis nudare iacentem:
(Scit tuus hoc genitor) gladiū spoliantis in ima
Ilia demisi. Chthenius quoq;/Teleboasq;
Ense iacent nostro. ramum prior ille bifurcum

Hylo. ¶ Pōt. Hylonome. ¶ Abstulit. habuit potita est. ¶ Semiferas. Centauros. ¶ Cultus. ornatus. ¶ Rore maris. rore marino. herba suauis odoris. ¶ Canētia lilia. alba. ¶ Pagasee sylue: vicine Pagasis vrbi Thessalie/que fontibus abūdat: vnde & nomen. πηγη nanq; fōs ē. ¶ Pretēdat. opponat. ¶ Uellera. pelles. ¶ Lateri leuo. sinistro. dextrū eī erat nudū. ¶ Errāt. vagātur. ¶ Auctor in incerto est. auctor ignorat. ¶ Paruo vulnere: scite. Naz ex sententia physicorum cor ne minimū quidē vulnus pati potest. ¶ Refrixit: frigidū factū: & extinctū est. ¶ Arcuit. vetuit: phibuit. ¶ Incubuit telo: icubēs telo se transfixit. ¶ Qđ inheserat illi qđ illi Cyllaro fuerat infixū. ¶ Moriēsq; suū complexa maritū est: hyppallage est. Cōplectās nāq; maritu; mori intelligitur. ¶ Et ille stat. etiam ille stare & esse videtur. ¶ Seua vellera. magnas pelles. ¶ Uinxerat. colligauerat. ¶ Pheocomes. fuscam ac nigram habēs barbā interpretat. φαιος nāq; fuscum significat. ¶ Hominē simul protectus: qui coma & se & hominē protexerat & cooperuerat. Est enim synegdoche poetis maxie familiaris. ¶ Codice. qui misso. stipite trūco. ¶ Phonoleniden. Phonoleni filium. ¶ Fracta volubilitas capitis. rotūditas capitis. ¶ Lac cōcretū. coagulatū. ¶ Manat. fluit. ¶ Hic ce legēdum est. ne iambus fiat/quē nō recepit heroicus versus. Hic enī pnomē corripi nostrus est: q̃d vt sit admonendum. ¶ Nudare. spoliare,

Pheocomes.

re. ¶ Scit tuus hoc genitor. Peleus: nā Achillē alloquitur Nestor. ¶ Ramum bifurcū: stipitē duas in partes diuisum. ¶ Signa vides: cicatricē vulneris accepti indicat Nestor. ¶ Tūc ego debuerā: elegāter senis mores exprimitur. Solēt nāq; senes se laudare. ¶ Nullus: non. Nomē p aduerbio positū est. ¶ Cornū hastā. ex corno confectā. ¶ Quadrupedātes. quatuor pedibus currētis: Cētaurus nanq; erat. ¶ In aduerso vultu. in opposito ore. ¶ Uecte Pelethronius Macare'. Pelethronis Thessalie mōs ē. vñ Pelethronii' declinatur. ¶ Eridupū. grauiter strepēs. Eridup' interptat. ¶ Inguine. inguē & pudēda significat: & morbum maxie pudēda infestātē. ¶ Ampycidē Mopsum. Mopsus vt Apollonij expositor ait: Amphyci titaronis filij fuit filius: vñ et Amphycides vocat. Alter ex Apolline & Manto Tiresie filia natus fuisse dr: & ipe vates venerādus: q̃ vt pōponi' Mella scribit in finib' Pāphilie Phaselli vrbem cōdidit. ¶ Emathij. Thessali. ¶ Leto dederat. interfecerat. ¶ Uariabant. alij nanq; ex capillis albi: alij erant nigri. ¶ Macedoniaq; sarissa. sarisse haste sunt Macedonum: vt pila Romanorū: gessa Gallorum. ¶ Ette Ceniferam. cum magna indignatione hec dicit Latreus: ac si diceret. Nequaquam patiar te meos socios interficere Ceneum autem per contemptū Cenim vocat: ac si adhuc femina esset. ¶ Quo presnia facto. concubitum cum Neptuno

Inguen.

Mopsus.

Sarissa.

Cesserat: hic iaculum. iaculo mihi vulnera fecit
(Signa vides) apparet adhuc vetus inde cicatrix
Tunc ego debueram capienda ad pergama mitti
Tunc poteram magni/ si non superare/ morari
Hectoris arma meis. illo sed tempore nullus:
Aut puer Hector erat. nunc me mea deficit etas
Quid tibi victorem gemini Periphanta Pyreti.
Ampyca quid referam? qui quadrupedanti Oicli
Fixit in adverso cornum sine cuspide vultu.
Vecte Pelethronius Macareus/ in pectus adacto
Stravit Eridupum/ memini/ et venabula condi
Inguine Nessei manibus coniecta Cymeli.
Nec tu credideris tantum cecinisse futura
Ampyciden Mopsum. Mopso iaculante biformis
Occubuit: frustraque loqui tentavit Odites:
Ad mentum lingua: mentoque ad guttura fixo.
Quinque neci Ceneus dederat. Styphelumque/ Bromumque
Antimachumque/ Helimumque/ securiferumque Pyracmon.
Vulnera non memini: numerum/ nomenque notavi.
Provolat Emathii spoliis armatus Alesi:
Quem dederat leto membris et corpore Latreus
Maximus. huic etas inter iuvenemque/ senemque.
Vis iuvenilis erat. variabant tempora cani:
Qui clypeo/ gladioque/ Macedoniaque Sarissa
Conspicuus: faciemque obversus in agmen utrumque
Armaque concussit: certumque equitavit in orbem.
Verbaque tot fudit vacuas animosus in auras.
Et te Ceni feram. nam tu mihi femina semper/
Tu mihi Cenis eris. nec te natalis origo
Commonuit: mentemque subit/ quo premia facto/
Quaque viri falsam speciem mercede parasti.
Quid vel nata/ vide: vel quid sis passa: columque
I cape cum calathis: et stamina pollice torque.
Bella relinque viris. iactanti talia Ceneus
Extentum cursu missa latus eruit hasta:
Qua vir equo commissus erat. furit ille dolore.
Nudaque Pellei iuvenis ferit ora Sarissa.
Non secus hec resilit/ quam tecti a culmine grando:
Aut si quis parvo feriat cava tympana saxo.
Cominus aggreditur: laterique recondere duro
Luctatur gladium. gladio loca pervia non sunt.
Haud tamen effugies: medio iugulaberis ense.
Quandoquidem mucro est hebes/ inquit/ et in latus ensem
Obliquat: longaque amplectitur ilia dextra.
Plaga facit gemitus/ ut corpore marmoris icto:
Fractaque dissiluit percusso lamina collo.
Ut satis illesos miranti prebuit artus:
Nunc age ait Ceneus/ nostro tua corpora ferro

Illi exprobrat. ¶ Quid vel nata vide. nam femina. ¶ Vel quid sis passa. Neptuni namque vim passa es. ¶ Columque. *Colus.* colus instrumentum est quo mulieres filant: notius quam ut sit describendum. ¶ Cum calathis. *Calath⁹.* calathus vas est: quem latini quasillum vocant: reponendis fusis accommodatum. ¶ Iactanti. inaniter clamanti. ¶ Eruit. aperuit. ¶ Commissus: coniunct⁹. ¶ Pellei iuvenis. Cenei a Pella urbe originem ducentis. ¶ Cominus aggreditur. ense invadit Ceneum: id quod nisi propi⁹ accederet facere non poterat. ¶ Duro lateri. impenetrabili. ¶ Lucta. constur. ¶ Mucro est hebes. cuspis est retusa. ¶ Gemi. strepitus. ¶ Ut corpore marmo. icto. tanquam marmore percusso. ¶ Prebu. exhibuit. ¶ Fatiferum. mortiferum. ¶ Cecam manum. occultam: coopertam. ¶ Vulnusque in vulnere fecit: nam cum iam vulnus fecisset: manum versando alia vulnera faciebat. ¶ Inque cruentatus. dyalysis unius dictionis in duas: que et tmesis dicitur. Nam incruentatus integrum est. ¶ Nova res. novum miraculum. ¶ Monychus *Monych⁹* excla. Monych⁹ solide ungule interpretari potest: centaur⁹ autem fuit fortissim⁹. de quo Iuve. Quantas iaculetur Monychus ornos. ¶ Populus supera. figurata locutio ¶ Quam quam ille vir est. valid⁹ atque robust⁹. Est autem correctio superioris dicti. ¶ Segnibus actis. ignavis factis. ¶ Quod fuit ille/ sumus. femine. Nam Ceneus antea femina fuerat. ¶ Animalia fortissima. hominem et equum. ¶ Matre dea. Iunone.

¶ Tantus erat. tam magnanimus. ¶ Iunonis ut alte Spem caperet. postunde subaudiatur. ¶ Semimari. semiviro. ¶ Missis sylvis. iniectis sylvarum arborib⁹. ¶ Elidite. opprimite. exprimite. ¶ Infanis maximis. ¶ Trabem. arborem. ¶ Validum in hostem. potentem: ut qui ferro vulnerari non poterat. ¶ Exemplum *Exemplum* quod fuit. exemplum est quod aut sequimur: aut vitemus. Fuit ergo exemplum Monych⁹ aliis centauris: ut in Ceneum arbores congererent. Hocque est illud quod Iuvenalis innuit: cum ait. Quantas iaculetur Monych⁹ ornos. ¶ Nudus arboris. arboribus in soluta diceretur oratione. ¶ Nec habebat Pelion umbras per μεταληψιν intelligim⁹ pelion montem arborib⁹ spoliatum fuisse ¶ Othrys autem et Pelion *Othrys: Pelion.* montes sunt thessalie notissimi. ¶ Immani cumulo. maximo lignorum congerie. ¶ Obrut⁹. oppressus ¶ Essuat. angitur: anhelat. ¶ Nec habet quas ducat spiritus auras. nec respirare potest. ¶ Deficit interdum. deficere et mori interdum videtur. ¶ Super se. ad aera. ¶ Tollere. erigere. ¶ Evoluere. excutere. ¶ Ecce. hoc adverbio significat se digito ostendere Idam Phrygie montem. ¶ Exitus in dubio est. mors inquit Cenei in dubio est. nam alii mortuum esse contendunt: alii in aquilam transmutatum. ¶ Sylvarum mole. arborum pondere. ¶ Abnuit Ampycides. mopsus negat. ¶ Fulvis pennis. in aquilam Ceneum fuisse conversum innuit poeta. ¶ Lustrantem. circundantem: ¶ Unica. sola: singularis.

¶ Fabule. v. libri

Tentemus: capuloqꝫ tenus demisit in harmos
Ensem fatiferum: cecamqꝫ in viscera mouit:
Versauitqꝫ manum/ vuluusqꝫ in vulnere fecit.
Ecce ruunt vasto trepidi clamore Bimembres.
Telaqꝫ in nunc omnes vnum mittuntqꝫ: feruntqꝫ.
Tela retusa cadunt. manet imperfossus ab omni/
Inqꝫ cruentatus Ceneus Elateius ictu.
Fecerat attonitos noua res. heu dedecus, ingens
Monychus exclamat. populus a superamur, ab vno/
Vixqꝫ viro. ꝙꝙ ille vir est. nos segnibus actis/
Qd fuit ille/ sumus: quid membra immania p̄sūt?
Quid gemine vires? ꝛ quid fortissima rerum
In nobis duplex Natura animalia iunxit?
Nec nos matre Dea, nec nos Ixione natos
Esse reor: qui tantus erat/ Iunonis vt alte
Spem caperet. nos semimari superamur ab hoste
Saxa/ trabesqꝫ super/ totosqꝫ inuoluite montes:
Viuacemqꝫ animam missis elidite siluis.
Sylua premat fauces: ꝛ erit pro vulnere pondus.

¶ Ceneus in aquilam.

Vulneris immunem: modo qui fert tela tonanti
Presserunt trunci Cenea nubigene.

Dixit: ꝛ insanis deiectam viribus Austri
Forte trabem nactus validum coniecit in hostem:
Exemplumqꝫ fuit: paruoqꝫ in tempore nudus
Arboris Othrys erat: nec habebat Pelion vmbras.
Obrutus immani cumulo sub pondere Ceneus
Estuat arboreo: congestaqꝫ robora duris
Fert humeris. sed enim postꝙ super ora/ caputqꝫ
Creuit onus: nec habet quas ducat spiritus auras
Deficit interdum: modo se super/ aera frustra
Tollere conatur: iactasqꝫ euoluere siluas.
Interdumqꝫ mouet/ veluti ꝙ cernimus (ecce)
Ardua si terre quatiatur motibus Ide.
Exitus in dubio est. alii sub inania corpus
Tartara detrusum siluarum mole ferebant.
Abnuit Ampycides: medioqꝫ ex aggere fuluis
Vidit auem pennis liquidas exire sub a[illegible]:
Que mihi tūc primū/ tūc est conspecta [illegible]ris.
Hanc vbi lustrantem leui sua castra vo[illegible]
Mopsus ꝛ ingenti circum clamore sonantem
Aspexit: pariterqꝫ animo est/ oculisqꝫ secutus.
O salue dixit Lapitee gloria gentis.
Maxime vir quōdā: sed auis nūc vnica: Ceneu.
Credita res auctore suo est. dolor addidit iram.
Oppressumqꝫ egre tulimus tot ab hostibus vnū.
Nec prius abstitimus ferro exercere dolorem.
Quam data pars leto: partē fuga/ noxqꝫ remouit
Hec inter Lapithas/ ꝛ semihomines Centauros

dei. rū. argumētū.

LACT. ¶ Credita ꝛc. Periclymenus a Neptuno accepta ptāte. vt se in varias figuras trāsuerteret: cū aduersus herculē dimicasset: ꝛ cū varietate formarū vellet eludere: i aqlā trāsformat⁹ est: quā ille aduolātē sibi ꝛ i altitudinē le aerē esse tētem nouissime sagitta tratecta interemit.

RAPH. ¶ Credita res est. hoc est mopsi vatis auctoritate credit⁹ est Ceneus in aquilā fuisse cōmutatus. ¶ Egre tulimus. indignati sumus. ¶ Abstitim⁹. destitimus. ¶ Exercere dolorē. leuire in centauros ob dolorē de Cenei morte conceptū. ¶ Hec iter Lapythas. hec idcirco a poeta narrant: quo ꝯcinnius Periclymeni Nestoris fris Metamor. iferant. Periclymenus em̄ Nelei fili⁹: cui Neptun⁹ facultatē le in varias figuras trāsformādi ꝯcesserat: cū aqle figurā iuscepisset: ab hercule cū quo pugnabat sagitta trāsfixus iterii. ¶ Triptolem⁹: ita quidē fere in crēplaribus legit: qd grāde sigillū est: cū Triptolemus nusꝙ bello Troiano iterfuisse legat. Tlepolem⁹ igit loco Triptolemi reponat. Furt ei Tlepolem⁹ (vt i. ij. ilia. nar. Ho.) Herculis ꝛ Astioches filius: q cū Licymniū mris germanū iterfecisset cōpata classe: magnaqꝫ comitū multitudie Rhodū ꝯfugit: vbi imperiū adept⁹ cū nouē nauib⁹ vna cum aliis grecie p̄ncipib⁹ ad bellū Troianū est ꝓfect⁹: vbi tādē a Sarpedone fuit iſfect⁹. ¶ Preie. al. p̄missi herculis. ¶ Nō p. nō est pass⁹. ¶ Obliuia acta. obliuionē esse factā. ¶ Herculee laudis. Hercul: est ōm

Pericly-menus.

Tlepolemus.

est enim ꝑiphrasis: ¶ Tristis Pyli⁹. mest⁹ Nestor: qd e le a Tlepolemo notari videbat: ꝛ ea cōmemorare cogebat: ꝙ sibi iuct⁹ cā fuerāt. ¶ Obductos ānis. multitudine ānorū obrutos: atqꝫ oblitos. ¶ Restrigere. renouare. ¶ Offensas, iniurias. quib⁹ me affecit. ¶ Maiora fide. maiora ꝙ̄ credi debeat. ¶ Sꝫ neqꝫ deiphobū. hostes non esse laudādos colligit nestor. Deiphobus autem Priami fuit filius. Polydamas ꝯo vn⁹ e principib⁹ Troianis fuit fortissimus sic vocat⁹ ꝙ multos domaret. ¶ Messenia menia. Messene ꝛ vrbs est ꝛ regio adiacens Arcadie. Est ēt Sicilie vrbs: vñ Messenius deriuat. ¶ Elinqꝫ: Pyliūqꝫ. Elis vrbs est arcadie iuxta olympiā ab Elio Tātali filio cognoiata: vñ Elie⁹ ꝛ Eleus declinant. Pyl⁹ ꝯo Messenie: vnde Pylius: Pyleus: ac Pylion gētilia noia deriuāt. ¶ Bis sex Neleide fuim⁹: duodecim Nelei filii. Neleus aūt Neptuni fuit fili⁹ ꝛ Tyr⁹ nymphe: qui a fratre Pelia domo pulsus Pylon vrbē in Messenia ꝯdidit. Vxorem habuit Chlorim: ex qua tres filios suscepit: Nestorē: Periclimenum: Chromiū. Ex variis autem mulieribus alios nouem: Tauntum: Asterium: Lycaonē: Delmachū: Euribiū: Epileontem: Phrasin: Antimenen ꝛ Alastorē. ¶ Me minus vno. me excepto. ¶ Nelei languit auctor. Neptuni enim Nelei⁹ fuit fili⁹. ¶ Que fulmina curuis. periphrasis est aquile. Ouidius quidē Periclimenū in aqlam ꝯuersū ab hercule fuisse iterfectū ait. Alii ꝯo i muscā

trāſ-

Deiphobus.

Polydamas.

Messene;

Elis;

Pylus;

Prelia Tlepolemus Pylio referente: dolorem
Preteriti Alcide tacito non pertulit ore.
Atq; ait. Herculee mirum est obliuia laudis
Acta tibi senior. certe mihi sepe referre
Nubigenas domitos a se pater ipse solebat.
Tristis ad hec Pylius. quid me meminisse maloꝝ
Cogis? ꝛ obductos annis restringere luctus?
Inq; tuum genitorem odium/offensasq; fateri?
Ille quidem maiora fide quoq; gessit: ꝛ orbem
Impleuit meritis/quod mallem posse negare.
Sed neq; Deiphobū/nec Polydamāta/nec ipm
Hectora laudamus. quis enim laudauerit hostē?
Ille tuus genitor Messenia menia quondam
Strauit: ꝛ immeritas vrbes Elimq;/Pylumq;
Diruit: inq; meos ferrum/flāmasq; penates
Impulit/vtq; alios taceam: quos ille peremit.
Bis sex Neleide fuimus cōspecta iuuentus/
Bis sex Herculeis ceciderunt: me minus vno:
Uiribus/atq; alios vinci potuisse ferendum est.

¶ Periclymenus in varias formas.

Aere cur moritur: cui queq; obnoxia forma:
Est aquila: Alcades causa Periclymenus.

Mira Periclymeni mos est: cui posse figuras
Sumere quas vellet: rursusq; reponere sumptas
Neptunus dederat. Nelei sanguinis auctor.
Hic vbi ne quicq̃ est formas variatus in omnes:
Uertitur in faciem volucris: que fulmina curuis
Ferre solet pedibus Diuum gratissima regi.
Uiribus vsus auis/pennis/rostroq; redūco/
Hamatisq; viri laniauerat vnguibus ora.
Tendit in hūc nimium certos Tirynthius arcus:
Atq; inter nubes sublimia membra ferentem/
Pendentemq; ferit lateri qua iungitur ala.
Nec graue vulnus erat: sed rupti vulnere nerui
Deficiunt: motumq; negant/viresq; volandi.
Decidit in terram non concipientibus auras
Infirmis pennis: ꝛ que leuis heserat ale
Corporis affixi pressa est grauitate sagitta.
Perq; latus summum iugulo est exacta sinistro.
¶ Num videor debere tui preconia rebus
Herculis: o Rhodie ductor pulcherrime classis?
Ne tamen vlterius q̃ fortia facta silendo
Ulciscar fratres: solida est mihi gratia tecum.
Hec postq̃ dulci Neleius edidit ore:
A sermone senis repetito munere Bacchi.
Surrexere toris: nox est data cetera somno.
At Deus equoreas qui cuspide temperat vndas/
In volucrem corpus nati Cygneida versum
Mente dolet patria: seuumq; perosus Achillem

RAPH. ¶ Transmutatū ad monitiōe Palladis clauā ab Hercule fuisse percussum atq; interēptū. ¶ Uiri. Herculis. ¶ Hamatis vnguibus: in modū hami recuruis. Est enī nomen pticipio simile hamatus ab hamo deriuatū. ¶ Nimium affectui ꝛ dolori seruit hoc aduerbium nimium. ¶ Tirynthius. Hercules a Tirynthe Peloponēsi vrbe. Et q̃ leuis heserat ale. ordo est cōnsensus. Et leuis sagitta q̃ heserat/et affixa erat ale pressa: et impulsa fuit grauitate corporis illi affixi: est autem ἀντίθετον. Leuis enī opponit graui. ¶ Exacta. expulsa. ¶ Iugulo sinistro: p sinistrū iugulum. ¶ Fabule sexte libri duodecimi argumentum. ¶ Num videor ꝛc.

Margin: Hamatus. Tirynthius.

LACT. Neptunus grauiter ferēs Cignū filiū suū ab Achille occisum: ꝛ Hectorē defensorē operū: q̃ ipse posuisset/ab Apolline socio laboris perit qm̄ sibi nō daret: vt cōminus cū eo cōgredi posset/ꝛ victor existeret. At ille audula pectibus eius immixtus acie/nullisq; cōspectus arcū Alexādri in Achillē cōuertit vt sagittā in eū dirigere posset: talisq; qd fuit in eius corpe mortale pcussit: et interemit.

RAPH. ¶ Herculis tui. parentis subaudiatur. ¶ O Rhodie ductor pulcherrime classis: ad illud Homeri carmē alludit poeta in scdo Iliados Τληπόλεμος Ἡρακλείδης ἠΰς τε μέγας τε. ἐκ Ῥόδου ἐννέα νῆας ἄγεν Ῥοδίων ἀγερώχων. Hic enī aperte colligitur Tlepolemū Rhodioꝝ ductorē fuisse ꝛ pulchrū et magnū. ¶ Solida grā. firma amicitia.

¶ Neleius. Nestor Nelei filius. ¶ Dulci ore. suaui sermone. Nam (vt ait Homerus) suauior melle ab ore Nestoris oratio pfluebat. ¶ A sermone senis. post sermonē Nestoris. ¶ At Deus equoreas. Neptunus egre ferens Cygnū filiū ab Achille interemptū Apollinē hortatur: ne vlterius ipsum viuere patiatur. Cui Apollo obsequēs in aciē Troianorum descendit. Paridisq; sagittam in Achillē ita direxit: vt illius vulnere interierit. Hec autem idcirco a poeta narrantur: vt cōmodius ꝛ libri sequentis initiū cum huius fine cōnectat: ꝛ Aiacis i florē Metamorphosin huic loco subiugat. Neq; vllā aliam in huius libri fine describit transfigurationem. ¶ Memores iras. quas i memoria habebat. vt illud Uergil. Memorem Iunonis ob iram. ¶ Plusq; ciuiliter. hostiliter. ¶ Tracto bello. protracto producto. ¶ Intonsum Smyn. comatum Apollinē. Nā Smyntheus epitheton est Apollinis ꝓprium a muribus sumptum/qui (vt Strabo ait) Smynthi a Cretensibus vocantur. Hac etiā de causa Smyntheus Apollo fuit cognominatus: qd Teucris e Creta pfectis datū est oraculum: vt ibi sedes collocarent: vbi terrigene ipsos adorirentur. Id autem circa Onaxium fecerunt contigisse. Nā maxima agrestium murium multitudo noctu exorta quicquid armorum: vasorūq; ex corio inuētū est corrosit. Teucri autem ibi manserunt: atq; Idā ab Ida: que est in Creta appellarunt terram plumq; ac simulachrum

Margin: Smyntheus.

Exercet memores plus q̃ ciuiliter iras.
Iamq; fere tracto duo per quinquẽnia bello
Talibus intonsum compellat Smynthea dictis.
O mihi de fratris longe charissime natis:
Irrita qui mecum posuisti menia Troie
Ecquid vbi Asiacas casuras aspicis arces?
Ingemis? aut ecquid tot defendentia muros
Millia cesa doles? Ecquid (ne persequar omnes)
Hectoris vmbra subit circũ sua pergama tracti?
Cum tamen ille ferox/belloq; crudelior ipso
Viuit adhuc operis nostri populator Achilles.
Det mihi se (faxo) triplici quid cuspide possim
Sentiat: ꝛ quoniam concurrere cominus hosti
Non datur: occulta: nec opinum perdere sagitta.
Annuit: atq; animo pariter patruiq;/suoq;/
Delius indulgens nebula velatus: in agmen
Peruenit Iliacum: mediaq; in cede virorum
Rara per ignotos spargentem cernit Achiuos
Tela Parin: fassusq; Deum quid spicula perdis
Sanguine plebis ait? si qua est tibi cura tuorum
Vertere in Eaciden: cesosq; vlciscere fratres.

¶Achillis mors.

Smynthes in Eacide cit facta Tridentifer: ipse
Cit Paridem: atq; Paris vulnerat Eaciden.

Dixit: ꝛ ostẽdens sternentem Troica ferro
Corpora Peliden/artus obuertit in illum:
Certaq; letifera direxit spicula dextra.
Quo Priam⁹ gaudere senex post Hectorea posset
Hoc fuit. Ille igitur tantorum victor Achille
Victus es a timido Graie raptore marite.
At si femineo fuerat tibi Marte cadendum:
Thermodontiaca malles cecidisse bipenni.
Iam timor ille Phrygum/decus/ꝛ tutela pelasgi
Nominis Eacides/caput insuperabile bello
Arserat. armarat deus idem/idemq; cremarat.
Iam cinis est: ꝛ de tam magno restat Achille
Nescio quid: paruã quod non bene compleat vrnã.
At viuit/totum que gloria compleat orbem.
Hec illi mensura viro respondet: ꝛ hec est
Par tibi Pelide: nec inania Tartara sentit.
Ipse etiam/vt cuius fuerit cognoscere possis:
Bella mouet clypeus. deq; armis arma feruntur.
Non ea Tydides/non audet Oileus Aiax:
Non minor Atrides: non bello maior/ꝛ euo
Poscere: non alij. soli Telamone creato/
Laerteq; fuit/tante fiducia laudis.
A se Tantalides onus: inuidiamq; remouit:
Argolicosq; duces mediis consistere castris
Iussit: ꝛ arbitrium litis traiecit in omnes.

N Aph. ¶ chrũ Apollini Smynthio erexerunt. Heraclides ṗo Pōtic⁹ auctorẽ mures ibi circa tẽpus abũdare ꝛ sacros existimari. Simulachrũ ṗoits effigiatũ esse: vt murẽ pedib⁹ ṗmat. Solent autẽ hoies noia a paruis reb⁹ imposita quibusdã lenimẽtis mitigare: nã ꝛ a Cuticib⁹ q̃s Oetei Conopas vocant. Hercules Conopiã apd illos colit: qm̃ ab illis ei⁹ opera liberati fuerũt. Apd Erithreos q̃z Mimuntem habitãtes Specion⁹ colitur: q̃d ipse vitib⁹ vermte infestissim⁹ sit. Nam ex Erithreis alb⁹ apud illos solũ talis bestiola nascitur. Rhodij autẽ Apollinis Erethibij tẽplũ habent in agro suo. Nã rubiginẽ ipsi Erithibiã vocãt. Apud Acoleas q̃ in Asia sunt: mus quidã Pornopion vocat. Beotij ṗo hoc noĩe Culicees vocãt. Sacrificiũ aũt faciũt Apollini Pronopioni: ꝛ multis in locis sut Smynthia hoc est Smynthi Apollinis templa: ꝑcipue tñ in vrbe Chrysa Smynthius Apollo colebat: vbi erat statua a Scopa pario cõfecta: cui⁹ pedib⁹ mus subiect⁹ erat. ¶O mihi de fratris. hac oratiõe Neptunus Apollinẽ hortat/vt Achillẽ Cygni interfectorẽ sagitta perimat. ¶De fr̃is natis: de Iouis fr̃is mei filijs. A beniuolẽtia aũt exordit Neptun⁹. ¶Subit. i. mẽtẽ cũ q̃dã miseratione venit. ¶Populator destructor. Ex ꝑte aũt Achillẽ in odiũ Apollinis neptun⁹ adducit. ¶Det mihi se. cõmittat se mihi ꝛ mari. ¶Tripli ci cuspide. ꝑiphrasis est tridẽtis. ¶Nec opinũ. nõ opinãtẽ. ¶Indulgẽs. obsequẽs. ¶Sanguine plebis plebeios: ac viles interficiẽdo. ¶Post Hectorea. post hectoris cedẽ. ¶Ille igitur tantorum. apostrophe ad Achillem indignationem continẽs. q̃d ab effeminato Paride fuerit interfectus. ¶Graie marite. helene/quã idcirco maritã poeta vocat: q: vir; imitabat. ¶Femineo Marte. imbelli. ¶Thermodõtiaca bipẽni. Amazonica securi. Nã amazones Thermodõtis fluuij accole fuerũt. ¶Armarat de⁹ idẽ: Vulcan⁹ ꝛ arma Achilli Thetidis rogatu ꝑfecit: ꝛ eũ mortuum cõbussit. ¶Nescio q̃d: paruũ q̃d cinetis de tãta Achillis corpe sup est: q̃ ne vrna q̃dẽ implerĩ põt. ¶Hec mẽsura tot⁹ terrarũ orbis mẽsura eẽ vr̃ glie Achillis. A ꝓstãtissimis eñ q̃buscũq; poetis tã Grecis q̃ latinis Achillis gesta fuere celebrata. Sicq; p totũ terrarũ orbẽ vulgata. ¶Nec inania Tartara sentit: nõ q̃ eñ glia morit. ¶Vt cuius fuerit cognoscere possis: ac si diceret fortissimi ac bellicosissimi illũ clypeũ fuisse/p q̃ tãte cõtẽtiões fuere suscepte. ¶Deq; armis arma ferunt: ꝓpter arma Achillis bella excitant. Nã post mortẽ Achillis inter Aiacẽ ꝛ vlyssẽ de armis ipsi⁹ achillis grauissime sunt orte ꝯtẽtiões. ¶Soli Telamone creato. Aiaci Telamonis filio. ¶Laerteq;. Vlyssi. ¶A se Tantalides. Agamẽnon a Tantalo genus ducens. Nã Tantalus Iouis/ Pelops Tantali/ Pelopis Atreus/ Atrei Agamẽnõ: ꝛ Menelaus filij fuisse dicuntur. ¶Traiecit. trãsmisit: trãstulit.

Achillis mors.

Amazões

¶Fabule



¶ Fabule prime. xiij. libri Argumentum.

LACT. ¶ Consedere &c. Achille ab Alexandro occiso arma cum peterent ab Aiace: quis frater patruelis esset / & Ulysse q̄ cōsilio se potiorē ac virtute indicaret / placuit principib⁹ vt vtriusq; res geste in bello perpēderent: & digniori ꝓpositū premiū cū causa ab vniuerso exercitu tribueretur. Cū itaq; in cōspectu oim Aiax virtutes suas quib⁹ Graios iuuisset / retulisset: & Ulysses cōsilia sua quib⁹ eādem rēpublicā iuuisset: duces q̄z adduxisset. nouissime signū Minerue: q̄d iste extulisset ostendit. Quo Graij moti cū an oratione eiusdem ꝑculsi stuperēt ab Aiace arma abiudicata sūt: & Ulyssi data. Qua ille cōtumelia accēsus incubuit ensi / ex cui⁹ cruore flos purpureus similis hyacinthi natus est.

¶ Aiax. Telamo. Pelei fratris filius Achillis patruelis fuit. Que aūt de Aiace scribit poeta a Sophocle sumpsisse videt. ¶ Sigeia litto. Sigeūm & vibs & ꝓmontoriū est Troadis / iuxta q̄d Grecorū classis subducta erat. ¶ Classemq; in littore. stantem subaudiam⁹. ¶ Intēdēsq; manus. ad classem intelligēdū est. Exprimit aūt gestū viri cum indignatiōe loquturi. ¶ Agim⁹ proh Juppiter. Aiacis ꝑsone decorū pulchre seruat / q̄ fortis quidē ac bellicosus fuisse / sed eloquētia parū valuisse / tuz a Grecis / tum a Latinis fingitur poetis. Quare illi orō simplex attribuit: oisq; artificio carēs. Nā in ꝓemio statim cuz magna exclamat indignatiōe: & se ꝑ totā iactat orōnē / que non esse faciēda rhetores oēs ꝑcipiunt. Uersat aūt hec oīs in duplici ꝯlecturali cōstitutione. Cum enim Achillis arma Grecorū prestātissimo & virtute & meritis forent tribuēda: vter horum sit prestātior queritur / Aiax an Ulysses: cum vterq; se dignum illis esse iactaret. Uterq; autem coniecturis & se meruisse / & alterum non meruisse ostēdit. ¶ Proh Juppiter. exclamatio minime principio conuentēs. ¶ Ante rates. a quibus ego solus Hectoris faces repuli / cum alij Greci / in primisq; Ulysses illius viri impetū non sustinētes eas deseruerint. Cum enim Achilles Agamēnoni iratus propter Briseida ereptam intra tentorium se contineret / neq; pugnare vellet / Hector cum delecta Troianorum iuuentute in hostium classem impetum fecit / quam etiam incendisset / nisi Aiacis virtute fuisset repulsus. Omnis igitur Aiacis indignatio / et a loco in quo causa agitur / et ab aduersario oriri videtur. ¶ Et mecum confertur Ulysses. et coniunctio indignationem hoc loco significat.

Sigeum.

¶ Publij Ouidij Nasonis Metamorphoseos Liber Tertiusdecimus.

¶ Contentio Aiacis & Ulyssis.
Eacide arma licet poscant duo: solus vtrumq;
Uexet amor: capient non tamen arma duo.

Consedere duces / & vulgi stante corona
Surgit ad hos clypei dominus septemplicis Aiax.
Utq; erat impatiens ire / Sigeia toruo
Littora prospexit: classemq; in littore vultu:
Intendensq; manus. agimus proh Juppiter inq̄t
Ante rates causam: & mecum confertur Ulysses:
At non Hectoreis dubitauit cedere flammis:

¶ Raphaelis Regij in tertium decimum Metamorphoseos Ouidij librum Enarrationes.

RAPHAE. Consedere duces. Achille sagitta Paridis interēpto: magna inter Aiacē & Ulyssem ꝯtētio orta est / vter ipsorū illi⁹ armis dignior esset. Agamēnon aūt / ne in alteri⁹ odiū incideret: illi⁹ ꝯtētionis iudiciū ad principes Grecorū reiecit / vt ꝑ virtute ac meritis vtriusq; arma alteri adiudicarēt. Jusso igit̄ vtroq; in cōsessu ꝑncipū causam agere nō virtute aut meritis: sed eloquētia / qua plurimū valebat / Ulysses effecit / vt sibi arma adiudicarent. Jllam aūt repulsā Aiax adeo egre tulit / vt primū furiosus sit effect⁹: deinde cū resipuisset / gladio incūbēs seipsū interfecit: sed īādē miseratiōe deorū in hyacinthū florem fuit cōmutat⁹. ¶ Cōsedere duces. ciuilē instituit cōciōnē / in qua principes sedēt: vulg⁹ aūt cogit stare. ¶ Clypei septē. septē boum coriis tecti.

Grecorum concio.

Raph. ℭ Hac a classe. manu ad classem intendit Aiax: licet illam Grecia ostendit. ℭ Fictis. compositis. ℭ Isti. cum magno Ulyssis contemptu hoc dixit. ℭ Quantumque ego Marte feroci: Ꝯ artis precepta vbique et se et sua Aiax non desinit iactare. Omnis enim sui iactatio (vt Fabius Quintil. tradit) est odiosa. ℭ Premia magna. Nam Ulysses literas finxit a Priamo ad Palamedem datas / quibus significare videbatur Priamus se magnum auri pondus misisse / aliudque missurum. Cum vero litere ad Agamenonem fuissent platę / principesque omnes preter Palamedem conuenissent: vix quod illud scelus in Palamedem cadere posse cunctis videretur: Ulysses nihil temere de tanto viro credendum dixit / nisi aurum: quod ille iam per seruos corruptos in illius tentorio defodiendum curauerat / deprehenderetur. Qui igitur missi ad hoc inquirendum fuerant: cum renunciassent inuentum / lapidibus Palamedes a toto exercitu / de quo optime meritus erat / obrutus est. ℭ Naupliad. Palamedes Nauplii filius. Nauplius autem Neptuni et Amymones nymphe filius in Euboea regnauit. ℭ Optima nunc sumat. Ironia indignationis plena: qua Aiax significat Ulyssem nulla ratione armis Achillis esse dignum: se autem esse dignissimum. ℭ Furor ille. insania illa Ulyssis. ℭ Hortator scelerum. hactenus in contemptum / nunc in odium Aiax Ulyssem adducit. ℭ Non te Peantia proles. cum accepissent Greci Troiam sine Herculis sagittis capi non posse: Ulysses missus ad Philoctetem Peantis filium / cui moriens Hercules arcum / sagittasque reliquit / mouendum / Troiamque adducendum: cum forte inter nauigandum sagitta hydre veneno tincta e pharetra cadens Philoctete pedem vulnerasset: eum in Lemno nullo adhibito vulneri remedio reliquit. ℭ Lemnos. Lemnos insula est vna ex Cycladibus Vulcano dicata: que duo oppida habet Ephestiam. et Myrinam: in cuius forum solstitio Athos eiaculatur vmbram: vt Plinius scribit. ℭ Qui nunc (vt memorant) siluestribus abditus antris / Saxa moues gemitu: Laertiadeque precaris &c. Oratorie miserias Philoctete amplificat Aiax / vt maius in odium Ulyssem adducat.

arma achillis a Vulcano fabricata. ℭ Tenuisse. obtinuisse. in contemptum autem Ulyssem contrarium posuit Aiax adducit. ℭ Superbum. gloriosum. ℭ Sit licet hoc ingens: Quis id de quo contendit sit maximum. ℭ Feret. iactabit. ℭ Si virtus in me dubitabilis esset: nimium arroganter hoc est dictum. ℭ Littora Colcha. Colchica. Nam Telamon cum Jasone in Colchos nauigauit: vt plenius superius diximus. ℭ Ubi Eoliden Sisyphon: hoc ad Ulyssis contemptum dictum est. Nam fama erat a Sisypho latrone Isthmum obsidente Anticliam Ulyssis matrem / cum ad Laertem duceretur / fuisse compressam / atque ex eo concubitu Ulyssem ortum. ℭ Hec series. hec stemmata dispositio. ℭ Frater erat. patruelis frater Achilles fuit Aiacis. Nam Peleus et Telamon fratres fuerunt. Patrueles autem fratres dicuntur qui e fratribus nascuntur. ℭ Quid sang. Cretus Sisyph. aperte Aiax originis turpitudinem obiicit Ulyssi. ℭ An quod in ar. prior: Ulysses ne ad bellum Troianum cum aliis Grecie principibus proficisceret vxorem relinquere cogeretur / se insanire simulauit: Palamedes autem vero prudentia valde pollens ad hoc speculandum missus tilli aratrum / atque seminanti filium paruulum obiecit: quem Ulysses aratro sublato nihil offendit. Inuitus itaque ad bellum ductus Palamedem ficta proditione tandem oppressit. ℭ Nullo sub iudice. nullo iudicante. ℭ Ultima que cepit. vltimus profugus ad bellum / vt intelligat quod vltimus cepit arma. ℭ Detrectauit. vitauit. ℭ Solertior. prudentior. ℭ Et sibi inutilior nisi Palamedes esse Ulyssem detexit / cuius fraude tandem vt proditor a cuncto Grecorum exercitu fuit interfectus.

Quas ego sustinui: quas hac a classe fugaui.
Tutius est igitur fictis contendere verbis /
Quam pugnare manu. sed nec mihi dicere promptum.
Nec facere est isti. quantumque ego Marte feroci /
Inque acie valeo: tantum valet iste loquendo.
Nec memoranda tamen vobis mea facta Pelasgi
Esse reor (vidistis enim) sua narret Ulysses:
Que sine teste gerit: quorum nox conscia sola est.
Premia magna peti fateor. sed demit honorem
Emulus Aiaci. non est tenuisse superbum:
Sit licet hoc ingens: quidquid sperauit Ulysses:
Ipse tulit pretium iam nunc certaminis huius:
Qui cum victus erit: mecum certasse feretur.
Atque ego / si virtus in me dubitabilis esset:
Nobilitate potens / essem Telamone creatus /
Menia qui forti Troiana sub Hercule cepit:
Littoraque intrauit Pagasea Colcha carina.
Eacus huic pater est: qui iura silentibus illic
Reddit: vbi Eoliden saxum graue Sisyphon vrget.
Eacon agnouit summus: prolemque fatetur
Juppiter esse suam. sic ab Joue tertius Aiax.
Nec tamen hec series in causam prosit Achiui:
Si mihi cum magno non est communis Achille.
Frater erat. fraterna peto. quid sanguine cretus
Sisyphio: furtisque et fraude simillimus illi
Inferis Eacidis alienę nomina gentis?
An quod in arma prior: nulloque sub indice veni.
Arma neganda mihi: potiorque videbitur illis:
Ultima qui cepit: detractauitque furore
Militiam ficto: donec solertior isto /
Et sibi inutilior / timidi commenta retexit
Naupliades animi: vitataque traxit ad arma.
Optima nunc sumat: qui sumere noluit illa.
Nos inhonorati / et donis patruelibus orbi /
Obtulimus quia nos ad prima pericula: simus?
Atque vtinam / aut verus furor ille: aut creditus esset:
Nec comes hic Phrygias vnquam venisset ad arces
Hortator scelerum. non te Peantia proles
Expositum Lemnos nostro cum crimine haberet.
Qui nunc (vt memorant) siluestribus abditus antris /
Saxa moues gemitu: Laertiadeque precaris

Margin: Nauplius. — Patrueles. — Philoctetes. — Lenos. — Palamedes discedes.

ℭ Troianis

Ajax. ☞ ¶Troianis fatis:Troiano excidio. ¶Sine crimine:pditiōis. ¶Conuicii furoris:dephēsi/de ceci. ¶Nimiū male memor:illa nāqꝫ memoria palamedes optime de grecoꝝ exercitu merit⁹/fuit interfectus. ¶Prefoderat:ante defoderat in tentorio palamedis p suos corruptos:vt dixim⁹. ¶Ergo aut exilio: relinquens philoctetē in lēno tanq̄ exulem. ¶Aut nece:iducēs exercitū ad iapidādum Palamedem. ¶Desertum vt nestora: vt in octauo iliados narrat Homerus. Cum nestor vna cū aliis grecis fulmine iouis territis fugere non posset/q vn⁹ ex ipsius eq̄s foret ab alexādro catapulta vulneratus/facile fuisset ab Hectore oppress⁹/nisi re cognita Diomedes ꝛ clara voce/Ulyssem inclamasset ad opē seni ferendā/ꝛ nihilominus illo fugiente solus ipse Nestorez ab ipetu Hectoris ptexisset/ac i suū currū recepisset. ¶Proditus a focio est: ab Ulysse fuit dereilct⁹ Qui aūt socios i pugna derelinquūt:vt pditores habētur. ¶Trepido:timido Alludit aūt ad vba que diomedi attribuit Homer⁹. Quo fugis inq̄t Ulysses laerte fili? Cur terga vertis? Cur committis vt tanq̄ imbellis ac timidus a tergo vulnereris? Mane hic mecum: mane dū a sene anico trucē hectorē arceamus. ¶Mortalia:res mortalium. hec aūt snia eo ptinet. vt q̄ ferre opez noluit/ea indigere cogatur. ¶En eget auxilio/q̄ non tulit: hoc vndecimo iliados libro sumptum est. Nam (vt ibi scribit homer⁹) cū vlysses Soci hipasi filiū interfecisset: Troianoꝝ turba in illū tā impetū fecit:vt e retroferre/ꝛ suoꝝ auxiliū iplorare sit coactus/cū iā Soci hasta fuisset vulnerat⁹. Aiax igit a menelao admonitus scuto illum accurrens a vi hostiū intrepide ptexit. ¶Uulnusq tuū: nā lat⁹ illi⁹ hasta

Que meruit/(si dii sunt) non vana precoris.
Et nunc ille eadem nobis iuratus in arma
(Heu pars vna ducum) quo successore sagitte
Herculis vtuntur:fractus morboq/fameq/
Uenaturq:aliturq auibus:volucresq petendo
Debita Troianis exercet spicula fatis.
Ille tamen viuit:quia non comitatur Ulyssem.
Uellet ꝛ infelix Palamedes esse relictus.
Uiueret: aut certe letum sine crimine haberet.
Quem/male cōuicti nimium memor iste furoris/
Prodere rem Danaum finxit:fictumq probauit
Crimen:ꝛ ostendit/quod iam prefoderat aurum.
Ergo aut exilio vires subduxit Achiuis:
Aut nece.sic pugnat. sic est metuendus Ulysses.
Qui licet eloquio fidum quoqꝫ Nestora vincat:
Haud tamen efficiet desertum vt Nestora crimen
Esse rear nullum:qui cum imploraret Ulyssem:
Uulnere tardus equi/fessusqꝫ senilibus annis/
Proditus a socio est.non hec mihi crimina fingi.
Scit bene Tydides:qui nomine sepe vocatum
Corripuit:trepidoqꝫ fugam exprobrauit amico.
Aspiciunt oculis Superi mortalia iustis.
En eget auxilio/qui non tulit:vtqꝫ reliquit:
Sic linquendus erat.legem sibi dixerat ipse.
Conclamat socios.adsum:videoqꝫ trementem/
Pallentemqꝫ metu: ꝛ trepidantē morte futura.
Opposui molem clypei:texiqꝫ iacentem/
Seruauiqꝫ animā (nimiuꝫ est hoc laudis) inertē.
Si perstas certare:locum redeamus ad illum.
Redde hostes/vulnusqꝫ tuū: solitumqꝫ timorem
Post clypeumqꝫ late:ꝛ mecum contende sub illo.
At postq̄ eripui:cui standi vulnera vires
Non dederant: nullo tardatus vulnere fugit.
Hector adest:secumqꝫ Deos in prelia ducit:
Quaqꝫ ruit/non tu tantum terreris Ulysse:
Sed fortes etiam.tantum trahit ille timoris.
Hunc ego sanguinee successu cedis ouantem
Eminus ingenti resupinum pondere fudi.
Hunc ego poscentem,cum quo concurreret/vnus
Sustinui/sortemqꝫ meam vouistis Achiui.
Et vestre valuere preces. si queritis huius
Fortunam pugne: non sum superatus ab illo.

hasta,traiecerat Socus. ¶Hector adest:aduenit. ¶Deos:deoꝝ/in primisqꝫ iouis auxiliū. Nam (vt scribit homer⁹) se Iouis filiū esse iactabat hector. ¶Nō tu tm̄:ꝯphasis est. Intelligit eñ qd nō exp̄mit. Nō tm̄ tu/q̄ es olim timidissim⁹ terreris ipetu Hectoris : sed etiam fortes. Est autem apostrophe ꝯtēptus plena. ¶Tm̄ trahit ille timoris : acclamatio ē. ¶Ingēti pōdere: maxio saxo. Nā (vt in .xiiij. Iliados volumine legit) cū hector hastā in aciē iecisset/neqꝫ vulnerasset/aiax ipse sublato maxio saxo pect⁹ illi⁹ ita pcussit: vt cū ingēti armoꝝ strepitu in terrā caderet. ¶Hūc ego poscētē puocamē/Id āt ex vij Iliados libr est notū: ibi nāqꝫ scribitur hector helenivatis exhortatiōe grecos omnes ad singulare certamen puocasse. Ac cū hi nonē grecoꝝ fortissimi agamēnō/Diomedes / duo Aiaces/ Idomene⁹/ Meriones/Eurypyl⁹ euemonis fili⁹/Thoas andremōides/Ulysses nestoris exhortatione/iret se forēt fortiū q̄s ipsoꝝ cuꝫ hectore pugnare deberet: Aiax forte se hectori obiecit: q̄ cū adueniente nocte e pugna eq̄li cū honore discederēt/seinuicē munerib⁹ sunt ꝓsecuti. Nā hector aiaci gladiū: ꝫ aiax hectori baltheū dono dedit. ¶Sortēqꝫ meā vouistis achiui : hoc q̄ꝫ ab homero sumptū esse vr̄/q̄ scribit achiuos sublatis in altū oculis/manibusqꝫ his ꝓcib⁹ ad Iouē vsos fuisse. Iuppit pr̄ da vt Aiacis Telamonii/aut aiacis oilei/aut agamennonis sorti sit loc⁹/atqꝫ ita euenit /vt aiacis id qd maxime optabant/sors proferretur. ¶Uouistis:ergo voto optastis/tametsi nouissis fere legat. ¶Et vestre valuere pces: nā vt optauerāt/sors Aiacis p̄ma ꝓlata est: vt cuꝫ Hectore pugnaret. ¶Nō sum superatus ab illo: pari namqꝫ gloria vterqꝫ ex ea pugna recessit.

Nouē fuit fortissimi grecoꝝ.

Ecce ferunt Troes/ferrumqȝ/ignesqȝ/Iouemqȝ
In Danaas classes. vbi tunc facundus Ulysses:
Nempe ego mille meo protexi pectore puppes
Spem vestri reditus. date pro tot nauibus arma.
Quod si vera mihi licet dicere: queritur istis.
Quã mihi maior honos: cõiunctaqȝ gloria nr̃a est.
Atqȝ Aiax armis: non Aiaci arma petuntur.
Rhesus. Cõferat his Ithacus Rhesuz/imbellẽqȝ dolona/
Priamidenqȝ Helenum rapta cũ Pallade captũ.
Luce nihil gestum est. nihil est Diomede remoto.
Si semel ista datis meritis tam vilibus arma:
Dolon. Diuidite: ⁊ pars sit maior Diomedis in illis.
Quo tñ hec Ithaco: qui clam/qui semper inermis
Rem gerit: ⁊ furtis incautum decipit hostem
Ipse nitor galee claro radiantis ab auro
Insidias prodet: manifestabitqȝ latentem.
Sed neqȝ Dulichius sub Achillis casside vertex
Helenus. Pondera tanta feret: necnon onerosa/grauisqȝ
Pelias hasta potest imbellibus esse lacertis.
Nec clypeus vasti celatus imagine mundi
Conueniet timide: nateqȝ ad furta sinistre.
Debilitaturum quid te petis improbe munus:
Quod tibi si populi donauerit error Achiui:
Cur spolieris erit: non cur metuaris ab hoste.
Et fuga/qua sola cunctos timidissime vincis:
Tarda futura tibi est gestamina tanta trahenti.
Adde quod iste tuus tam raro prelia passus
Integre est clypeus. nostro qui tela ferendo
Mille patet plagis: nouus est successor habẽdus.
Dulichiũ Denique quid verbis opus est: spectemur agendo.
Arma viri fortis medios mittantur in hostes:
Inde iubete peti: ⁊ referentem ornate relatis.
Finierat Telamone satus: vulgiqȝ secutum
Ultima murmur erat: donec Laertius heros
Astitit: atqȝ oculos paulum tellure moratos
Sustulit ad proceres: expectatoqȝ resoluit
Ulyssis oratio. Ora sono. neqȝ abest facundis gratia dictis
Si mea cum vestris valuissent vota Pelasgi:
Non foret ambiguus tanti certaminis heres:
Tuqȝ tuis armis: nos te poteremur Achille.
Quem quoniam non equs mihi/vobisqȝ negarũt
Fata (manuqȝ simul veluti lachrymantia tersit
RAPH. ☞ ¶ Frustra. carnium partes. ¶ Glomerata. coniuncta. ¶ Talia fata. talē mortē. ¶ Cupidusqz moriri. moriēdi.
Moriri. Est eñ greca figura. Moriri aūt ḡm quartā declinauit coniugationē: cum frequētius ḡm tertiam dicat. ¶ Glāde famem pellens: glandibus & herbis vescens. ¶ Eripes. extra omnem spem cōstitutus. ¶ Et moui. cōmoui persuasionibus vt me acciperet. ¶ Gratū. grecū: ac si diceret sibi hostē. ¶ Et turbe. & comitum. ¶ Que tecū est credita pōto. q̄ secū cum mari cōmisit. ¶ Eolon ille refert Eolus Iouis ex Acesta filia Hippote Troiani filius ḡgnatus se di apud insulas Eolias ab ipso appellatas: q̄ ex coniectu gētib⁹ nebulis vētos p̄dicebat futuros: vt eos in sua potestate habuisse sit creditus. Ad hūc (vt Home. scribit) cum Ulysses peruenisset: quo cōmodius in patriā nauigaret: ventos in vtre ligatos ab ipso accepit. sed socij aurū esse putātes vtrē soluerūt: vñ erūpētes vēti maximā excitarūt tēpestatē: q̄ ad Eolū redire coacti fuerūt. ¶ Thu. p. i thusco mari. ¶ Hippotaden. Hippote nepotem ¶ Cohibentē. coercētē: continētē ¶ Bouis tergo. in vtre ex tergo: ex pelle bouis confecto. ¶ Terram petitā. Ithacam expetitā. ¶ Proxima post nonam aurora: decima dies. ¶ Dempsisse ligamina vētis: dissoluisse ventos. ¶ Dulichiū ducē: Ulyssē. ¶ Inde
Lam⁹ Lestrygones lami veterē. Lamus antiquissimus Lestrygonū rex fuit: q̄ populi fuerūt feritate famosi in vltimo Italie angulo habitātes. Ad eos cū venisset Ulysses: antiphates

tiphates regnabat a quo nōnulli e nauibus & socijs fuit spoliatus. Lestrygenes aūt primi post Cyclopes Siciliā habitasse ferūtur. ¶ Ad hūc. ad illū. ¶ Tinxit. madefecit ¶ Lestrygonis Antiphate. ¶ Concitat. conuocat. ¶ Agmen. Lestrygonū multitudinē. ¶ Coeunt. conueniunt: concurrunt. ¶ Terris allabimur illis. ad illas terras nauigauimus. Circeum autem manu ostendit: quod quidem promontorium est Latij: a Circe dictum: in quo vrbs erat nomine Circei. Circeum: Circei. ¶ Procul videnda. neqz enim tutū est accedere propius. ¶ Immāsueti. crudelis. Illud ho epitheton parū feriti Cyclopis conuenire videtur. ¶ Ire negabam⁹. nolebāmus ire. ¶ Circes ad menia. Circeorū vrbis est periphrasis. Circeii autē est etiam planicies in Colchis. vt Time⁹ ait a Circe denominata. Circeii in Colchis. ¶ Simul. postq̄ ¶ Tecti. dom⁹. per synecdochē ¶ Mille lupi. multi. finit⁹ eñ numer⁹ pro infinito est positus. ¶ Leeqz. et leene. ¶ Sed nulla. ferarum subaudi. Idcirco aūt nulla erat timēda videbatur: quia nondū humanitatē deposuerāt eoqz hominib⁹ adulabantur. ¶ Comitant. archaismos/ comitant eñ nunc dicim⁹. Comitant ¶ Marmore tecta. marmoreis tegmētis incrustata. ¶ Aurato amictu. aurato pallio. ¶ Gramia. herbas. ¶ Secernunt. discernūt. ¶ Varijsqz co. her. variorū colorū herbas. ¶ Opus exigit. perficit. cōplet. ¶ Quis vsus que vtilitas. ¶ Quo in folio. in q̄ herba. synecdochicōs: a parte nā ☞ qz totū

Raph. ...q3 tosti intelligim⁹. ¶ Pensas: ponderatas: Neq3 enim pharmaca nisi ponderentur recte compoṅi possunt. ¶ Diffudit vult⁹: exhilarauit. ¶ Et reddidit oīa votis: hoc est oīa pro votis rñdit. ¶ Hordea tosti grani: hyppallage est. grana eñ hordei tosti intelligimus. ¶ Cū lacte coagula passo: periphrasis est casei.
¶ Sacra dextra: exsecrabili. ¶ Arenti ore: sicco. per qđ intelligim⁹ ipsos fuisse bibendi auidos. ¶ Horrescere: horridus fieri. ¶ Nec iam posse queri: et cepi nō posse queri ꝛ lamentari. Jā eñ ia porcus fuerat cōuersas. ¶ Occalescere: in callū cōmutari. ¶ Pando rostro: recuruo. ¶ Colla tumere toris: extantibus carnibus tumida fieri. ¶ Illa vestigia feci: brachia in crura anteriora su isse cōmutata ali. ¶ Cūq3 eadē passis: cum socijs meis qui eadē erāt passi i stabulo claudor. ¶ Tantū medicamina possunt: parenthesis est acclamationē continens in Circes medicamēta. ¶ Maneret: esset. ¶ Ab illo certior: factus subaudiatur. ¶ Pacifer Cyllenius: Mercurius/qui ad pacē mittitur/quēadmodum Iris ad discordias. ¶ Moly vocāt superi: quod subaudiat/ qđ superi vocant Moly. De hac vero herba ex sententia Homeri: sic Plyni⁹ scribit. Laudatissima herbarū est: Homero teste: quā vocari a Dijs putat Moly. Inuētionē eius Mercurio assignat: cōtraq3 summa beneficia demonstrat nasci eam hodie circa Pheneum ꝛ in Cyllene Arcadie tradunt specie illa Homerica radice rotūda/nigraq3 magnitudine cepe: folio scylle: effodi autem difficulter. greci auctores florem eius luteum pinxere/cū Homerus cādiduz scripserit. Inuente peritis herbarum medicis/qui ꝛ in Italia nasci eam dicerent/afferriq3 mihi e campania aliquot diebus effossam inter difficultates saxeas/radicis triginta pedes lōge/ac ne sic quidem solide sed abrupte. ¶ Thalamo: in thalamū. ¶ Coniugij dotem: coitus p̄miū. ¶ Sociorum corpora: vt restituat sociorum corpora pristine figure.

Moly herba.

Nunc quoq3 setigeri: nec tante cladis ab illo
Certior ad Circen vltor venisset Vlyssea.
Pacifer huic dederat florem Cyllenius album:
Moly vocant superi: nigra radice tenetur.
Tutus eo/monitisq3 simul celestibus intrat
Ille domum Circes: ꝛ ad insidiosa vocatus
Pocula/conantem virga mulcere capillos
Reppulit: ꝛ stricto pauidam deterruit ense.
Inde fides/dextreq3 date: thalamoq3 receptus
Coniugij dotem sociorum corpora poscit.

¶ Socij Vlyssis in pristinam formam.
Quos pecus in brutum mutauerat impia succis
Circe: iterum viso fecit Vlysse viros.

Spargimur ignote succis melioribus herbe:
Percutimurq3 caput cōuerse verbere virge:
Verbaq3 dicuntur dictis contraria verbis.
Quo magis illa canit: magis hoc tellure leuati
Erigimur: seteq3 cadunt: bifidosq3 relinquit
Rima pedes. redeunt humeri. ꝛ subiecta lacertis
Brachia sunt. flentē/flentes cōplectimur illū:
Heremusq3 ducis collo. nec verba locuti
Vlla priora sumus: q̄ nos testantia gratos.
Annua nos illic tenuit mora: multaq3 presens
Tempore tam longo vidi. multa auribus hausi.
Hoc quoq3 cum multis/q̄ clam mihi rettulit vna
Quatuor e famulis ad talia sacra paratis.
Cum duce nanq3 meo Circe dum sola moratur:
Illa mihi niueo factum de marmore signum
Ostendens iuuenile/gerens in vertice Picum
Ede sacra positum: multisq3 insigne coronis:
Quis foret: ꝛ quare sacra coleretur in ede:
Cur hanc ferret auem: querenti/ꝛ scire volenti
Accipe ait Macareu: domineq3 potentia que sit
Hinc quoq3 disce mee tu dictis adijce mentem.

¶ Picus in auem.
Rex Picus Latij fugit connubia Circes.
Qui nunc mutato est corpore Picus auis.

Picus in Ausonijs proles Saturnia terris
Rex fuit vtilium bello studiosus equorum.
Forma viro/quam cernis erat. licet ipse decorem
Aspicias: fictaq3 probes ab imagine veram.
Par animus forme. nec adhuc spectasse tot annos
Quinquennē poteras Graia q̄ter edere pugna.
Ille suos Dryadas Latijs in montibus ortas
Verterat in vultus. illum fontana petebant

¶ Percutimur caput: poetica est synegdoche. Nam in prosa caput nobis percutitur diceremus. ¶ Magis hoc tanto magis. ¶ Illū flentem: Vlyssem subaudiamus. ¶ Quā nos testantia gratos: se ante oīa gratias Vlyssi egisse ait. ¶ Hoc quoq3 cum multis. Pici iuuenis in auem sui nominis portentosam Metamorphosin narrat Achemenidi Macareus: nam Picus Saturni filius rex fuit Latij: qui cū iam Canentem ex Venilia Jani filiā duxisset vxorem/ a Circe forte in venatione visus/ Latinq3 amat⁹/cū ei morē gerere noluit: in auē sui noīs fuit mutat⁹. ¶ Paratis: istructis. ¶ Ad talia sacra: magica. ¶ Cū duce meo: cū Vlysse. ¶ Illa: famula. ¶ Signū: statuā. ¶ Insigne: ornatū. ¶ Accipe: audi. ¶ Adijce: adhibe. ¶ Proles Saturnia: fili⁹ Saturni. ¶ Forma viro: tali erat pulchritudine quali ꝛ statua ipsi⁹. ¶ Licet ipse decorē: tantū fuisse decoris in viuente Pico/quantū est in ipsius imagine ait. ¶ Nec adhuc spectasse tot annos: significat Picū tunc cū mutat⁹ fuit nondū ad viginti ānos peruenisse. est autē ordo. Nec poteras edere ipsuz q̄ter q̄nquennem spectasse tot ānos Graia pugna: hoc est in palestra: quam idcirco Graiam pugnā vocat/q̄ a Grecis fuit istituta. Innuit autem cum visum fuisse iuniorē q̄ erat. Quod vero quidaz

Graia pugna.

Numina Naiades/quas Albula/quasq; Numici/
Quas Anienis aque:cursuq; breuissimus Almo/
Nar ve tulit preceps ꝛ opace Farfarus vnde.
Queq; colunt Scythice stagnū nemorale Diane:
Finitimosq; lacus. spretis tamen omnibus vnam
Ille colit nymphā:quam quondā in colle Pallati
Dicitur ancipiti peperisse Uenilia Jano.
Hec vbi nubilibus primum maturuit annis:
Preposito cunctis Laurenti tradita Pico est.
Rara quidem facie/sed rarior arte canendi/
Unde Canens dicta est/syluas/ꝛ saxa mouere/
Et mulcere feras/ꝛ flumina longa morari
Ore suo/volucresq; vagas retinere solebat.
Que dum feminea modulatur carmina voce:
Exierat tecto Laurenteis Picus in agros
Indigenas fixurus apros:tergumq; premebat
Acris equi:leuaq; hastilia bina ferebat:
Phenicea̅ fuluo chlamydē comprensus ab auro.
Uenerat in syluas ꝛ filia Solis easdem:
Utq; nouas legeret fecundis collibus herbas:
Nomine dicta suo Circea reliquerat arua
Que simul ac iuuenem virgultis abdita vidit:
Obstupuit:cecidere manu/quas legerat/herbas:
Flammaq; per totas visa est errare medullas.
Ut primum valido mentem collegit ab estu:
Quid cuperet fassura fuit:ne posset adire
Cursus equi fecit:circunfusus q; satelles
Non tamen effugies.vento rapiare licebit/
Si modo me noui: si non euanuit omnis
Herbarum virtus:nec me mea carmina fallunt.
Dixit:ꝛ effigiem nullo cum corpore falsi
Finxit apri:preterq; oculos transcurrere regis
Jussit:ꝛ in densum trabibus nemus ire videri:
Plurima qua sylua est:ꝛ equo loca peruia nō sunt.
Haud mora.continuo prede petit inscius vmbras
Picus:equiq; celer spumantia terga reliquit.
Spemq; sequens vanā/sylua pedes errat in alta.
Conspicit illa preces:ꝛ verba precantia dixit:
Ignotosq; Deos ignoto carmine adorat:
Quo solet ꝛ niuee vultum confundere Lune:
Et patrio capiti bibulas subtexere nubes.
Tunc quoq; cantato densatur carmine celum:
Et nebulas exhalat humus:cecisq; vagantur
Limitibus comites:ꝛ abest custodia regis.
Nacta locum/tempusq;.per o tua lumina (dixit)
Que mea ceperūt:perq; hāc pulcherrime formā/
Que facit/vt supplex tibi sim Dea : cōsule nostris
Ignibus:ꝛ soccerum/qui preuidet omnia:Solem

RAPH. Scalam palestrā p bello troiana putant accipiendā mihi non pbatur. ¶ Quas Albula: Albula: Tybris q a colore aque prius Albula dicebat. ¶ Quasq Numici: Numicus. Numicus fluuius est Laurētis agri in quē Eneam cecidisse ferunt ¶ Quas Anienis aque: Anio fl. Anio fluuius est Laty haud longe ab vrbe in Tyberim defluens. ¶ Almo: Almo: fluuius haud longe ab vrbe Roma distans: qui in tyberim non longe a fonte ingreditur. Unde etiam a poeta breuissimo cursu esse dicitur. In Almone autem singulis quibusq; annis sexto calend. Aprilis (vt refert Macrobius) Cybeles simulachrum lauari consuetum erat. ¶ Narve tulit preceps: Nar. Nar fluuius est Umbrie in Tyberim labens. ¶ Et opace Farfarus vnde: Farfarus Farfarus fluuius est Sabinorum. ¶ Scythice Diane Scythica Diana. que ab Oreste vna cum Iphigenia ex Taurica regione Ariciam vsq; allata fuit. ¶ Stagnū nemorale: inter nemora positum. Nā (vt Strab. scribit) artemisio/idest diane ꝛ luco ꝛ templo lacus adiacet instar pelagi fluctuans/ Lacus aricinus. qui vndiq; syluis circundatur. ¶ Uenilia: vxor fuit Jani antiquissimi Italie regis. ¶ Ancipiti Jano: bicipiti atq; bifronti. ¶ Rara quidem facie. p stans facie. Omne enim rarum preclarū est. ¶ Unde Canens dicta est: nam Canens vxor Pici. Canens nomine p prio vocabatur propter excellētem canendi peritiam. ¶ Morari: remorari/ sistere. ¶ Ore suo: cantu suo. ¶ Exierat tecto: domo egressus erat. ¶ In agros Laurenteis: Laurentes. in agros Laurentum. Laurentes enim populi fuerunt Laty: a Laurento vrbe. ¶ Fixurus: confecturus/ pcussurus. ¶ Acris equi: ferocis. ¶ Phoeniceam: purpuream. ¶ Ab auro: ab aureo cingulo cōprehensam ꝛ cinctam chlamydem habens. ¶ Et filia Solis: etiam Circe Solis filia. ¶ Circea arua. Circeum montem a circe denominatum: in quo Circei oppidum fuit/vt paulo ante diximus. ¶ Abdita: abscondita. ¶ Obstupuit: emphasis pulchra. Hinc enim facile colligitur / quanta foret Pici pulchritudo/q statim Circe ita capta est / vt obstupuerit. ¶ Ualido ab estu: a vehemēti amore. ¶ Circuncifusq; satelles: circumpositi ministri. est enim synecdoche. ¶ Licebit: pro licz/ quamuis. ¶ Si modo me noui: meam potentiā. ¶ Euanuit: vana facta est. ¶ Preter: iuxta. ¶ Trabibus arboribus ex quibus trabes fiunt. ¶ Inscius: predam non cognoscēs esse falsam. ¶ Umbras prede: imaginem apri simulati et ficti. ¶ Spem vanā: vmbraz corpore carentem. ¶ Errat: vagatur. ¶ Concipit illa preces: vota quibus a Dijs id quod cupiebat impetraret ¶ Ignoto carmine: obscuris et nō intellectis verbis. ¶ Confundere: obscurare. ¶ Patrio capiti: Soli. ¶ Densatur celum: in nubem cogitur aer: vt inquit Uergilius. ¶ Cecis: ignotis. ¶ Et abest custodia regis: comites regis absunt. ¶ Tibi: qui es mortalis. ¶ Cōsule: succurre/ medere.

¶ Durus:

RAPH. ☞ ¶ Durus. crudelis. ¶ Et quecunq; es ait. cum quodam contemptu hec ait Picus: ac si diceret. Etiam si esses filia Iouis: nedum solis. ¶ Iani genam. Ianogenitam. ¶ Retentatis. iteratis. ¶ Non impune feres. non abibis sine pena. ¶ Neq; reddere Canenti. neq; redibis ad Canentem. ¶ Disces rebus ait. re ipsa inquit cognosces. ¶ Cir. est. hec cum maxima indignatione dicuntur: perinde ac si diceret: Circe lesa est/que omnium incantamentorum et veneficiorum est peritissima. ¶ Solito velocius. citius quam solebat. Iam enim in auem fuerat conuersus. ¶ Accede. adiungi. ¶ Duro fe. robora rostro hypallage est dura namq; robora fero perenti rostro intelligimus. ¶ Figit: percutit. ¶ Fibula quod fuerat: fibula aurea. ¶ Momorderat: depilauerat. Nam fibule vestes mordere videntur: cum eas pilis priuent. Significat autem Pici aureum baltheum in torquem fuluum, quo collum Pici auis cingitur. fuisse conuersum. ¶ Nec quicquam antiquum Pico. nisi nomina: restat: Picus Martius idcirco hec auis cognominatur: quod Marti sit consecrata: a Pico autem Picenum deducitur Italie regio: que vulgo nunc Marchia Anconitana vocatur: quod Sabini cum Asculum conderent in eorum vexillo Picus consedit.

Janigena — Pic⁹ Martius. — Picenum.

¶ Fabule octaue libri. xiiii. argumentum.

LACT. ¶ Interea etc. Socii quoq; Pici requirentes ducem: ne vitibus innoxiam sentirent contacti veneni in varias species abiere mutati.

RAPH. ☞ ¶ Interea co. Pici comites cum vim Circe afferre pararent: in varias feras conuersi fuere. ¶ Tenua-

Accipe: nec durus Titanida despice Circen.
Dixerat. Ille ferox ipsamq; precesq; reliquit:
Et quecunq; es (ait) non sum tuus. altera captum
Me tenet: et teneat per longum comprecor euum:
Nec Venere externa socialia federa ledam/
Dum mihi Ianigenam seruabunt fata Canentem.
Sepe retentatis precibus Titania frustra/
Non impune feres: neq; (ait) reddere Canenti.
Lesaq; quid faciat amans/quid femina/disces
Rebus ait. sed amans/et lesa/et femina/Circe est.
Tum bis ad occasum/bis se conuertit ad ortum:
Ter iuuenem baculo tetigit. tria carmina dixit.
Ille fugit: sed se solito velocius ipse
Currere miratus: pennas in corpore vidit:
Seq; nouam subito latis accedere siluis
Indignatus auem/duro fera robora rostro
Figit: et iratus longis dat vulnera ramis.
Purpureum chlamydis penne traxere colorem.
Fibula quod fuerat/vestemq; momorderat aurum
Pluma fit: et fuluo ceruix precingitur auro:
Nec quicquam antiquum Pico/nisi nomina/restat.

¶ Socii Pici in aues.

Circe comites Pici miracula virge
Senserunt facti monstra: grauesq; fere.

¶ Interea comites clamato sepe per agros
Nequicquam Pico: nullaq; in parte reperto:
Inueniunt Circen. nam iam tenuauerat auras:
Passaq; erat nebula ventis/ac Sole resolui:
Criminibusq; premunt veris: regemq; reposcunt.
Vimq; ferunt: seuisq; parant incessere telis.
Illa nocens spargit virus: succosq; veneni:
Et noctem/noctisq; Deos/Ereboq;/Chaoq;
Conuocat: et longis Hecaten vlulatibus orat.
Exiliere loco (dictu mirabile) silue:
Ingemuitq; solum: vicinaq; palluit arbor:
Sparsaq; sanguineis rubuerunt pabula guttis:
Et lapides visi mugitus edere raucos:
Et latrare canes: et humus serpentibus atris
Squallere: et tenues anime volitare videntur.
Attonitum monstris vulgus pauet. Illa pauentum
Ora venenata tetigit mirantia virga:
Cuius ab attactu variarum monstra ferarum
In iuuenes veniunt. nulli sua mansit imago.

¶ Canens (Pici vxor) in loci nomen.

Nympha Canens Pici fueram pulcherrima coniux
Que liquefacta modo lum locus ipsa canens

¶ Presserat occiduus Tarthesia littora Phebus
Et frustra coniunx oculis/animoq; Canentis

¶ Tenuauerat. tenues ac subtiles reddiderat. est autem parenthesis/qua narratio verisimilis efficitur. ¶ Cri. ve. i. falsa criminatione. ¶ Vimq; fe. violentiam circe afferre voluit. ¶ Inc. iuadere. ¶ N. de. hecatem plutonem, et reliquos inferos deos. Nam nox apud inferos semper esse putatur. ¶ Ereboq;/Chaoq;. hoc est ab Erebo et Chao incipiens Circe/siue ab interis deos noctis inuocat. Est enim Erebus obscurissimus inferni locus: vnde etiam esse noctem Var. scribit. Chaus autem quod Chaos in primo appellauit poeta: fuit quedam rerum omnium confusio/ex qua dii quoq; nati esse feruntur. Ad illud autem Ouidius alludere videtur: quod Pronapides poeta grecus scriptum reliquit Chaum Demogorgonis primi deorum omnium vxorem fuisse/ex qua Erebum/terramq; suscepit: vnde nox/miseria/egestas: fames tartarus: Clotho/Lachesis: atropos Pluton: multaq; alia nata esse finguntur. ¶ Ede. emittere. ¶ T. e. a. sine corpore. ¶ Vulg. comites Pici. ¶ Miran. stupentia. ¶ Monstra. monstrose figure. ¶ In iu. v. nam illi in varias feras fuerunt conuersi.

Erebus. — Chaus. — Demorgogonis soboles.

¶ Fabule none libri. xiiii. argumentum.

LACT. ¶ Presserat occ. etc. Vxor quoq; Pici Canens desyderio viri secundum Tyberis deflens casus amissi extabuit. ita tamen vt locus memoriam nominis preberet posteris/Canens nominatus est.

RAPH. ☞ ¶ Pres. occid. Canens vxor Pici cum virum nusquam inueniret: ita se lachrymis tradidit: vt paulatim iuxta Tyberim figuram fuerit resoluta. locus autem ille Canens a canentis nymphe nomine fuit appel. ¶ Tar. id est occidentalia. nam thartesus vrbs est vlterioris hispanie. ☞ ¶ Lu-

Tarthe⁹.

RAPH. ☞ ¶ Lumina.funalia:faces. ¶ Sequi pri. e domo. incẽsuz. ¶ Funis rc. quo naues religate tenentur: ¶ Et dare plangorẽ.i. edere eiulatum. ¶ Uesana. Huiusmodi autem funis ora vocatur a Quintilia insana/ ac furens.

¶ Inopẽ. expertẽ/ carentẽ. ¶ Carmina exequialia.exequiis cõuentẽtia. Cygnus aũt morti vicin⁹ suauissime canere memoratur. ¶ Tabuit. paulatim absumpta est. ¶ Euanuit.resoluta est. ¶ Rite.merito:z recte ob memoriam illi⁹ nymphe: que mariti desyderio illic vitam cum morte cõmutarat.

¶ Fabule.x.libri xiiij.argumentũ.

LACT. ¶ Talia multa mihi rc. Nec min⁹ refert Macare⁹ insolentiã sociorũ erga Uenerez Enee aduersus Rutulos p Latino dimicãtes ab Euãdro cum auxilium petisset. Et queãdmodũ Turnus Uenulo legato a Diomede itẽ auxiliuz postulasset:q sub Dauno Iapygie rege domiciliũ posuisset:q id se facturũ negasset/eo ꝙ pro Enea aduersus Uenerez steriisset vulneratãq; a se inimicam haberet. Et vt comites eius contẽptu dee cupiẽtes pficisci in bellũ in mari volucrũ filia decepti subsitterunt. Eoꝝ nomina hec sunt / Agnon: Tlyc⁹:Cidas:Rhetenor:Mycte⁹: que volucres albi coloris cygni essent.

RAPH. ☞ ¶ Per longum annum. quo apud Circẽ fuim⁹. ¶ Resides.desides:pigri: facti autem subaudiatur. ¶ Inire.intrare. ¶ Da.ve. nauigare. ¶ Se.põti. fluctis:z in tempestatem cõcitati maris. ¶ Enea nutrix

Caieta. Caieta enee nutrix q̃ mortua ac sepulta e portui/et vrbi nomẽ dedit. ¶ Breue carmen. epitaphium dicit. ¶ Alũnus. Eneas a me a litus atq; educat⁹. ¶ Argolico igne. q̃ a Grecis Iliuz fuit incẽsum.

Expectatus erat.famuli/populusq; per omnes
Discurrunt syluas:atqz obuia lumina portant.
Nec satis est nymphe flere/z lacerare capillos/
Et dare plangorem.facit hec tamen omnia:seqz
Prorípit:ac latos errat vesana per agros.
Sex illam noctes/totidem redeuntia Solis
Lumina viderunt inopem/somniqz/cibiqz/
Per iuga.per valles:qua fors ducebat/euntem.
Ultimus aspexit fessam luctuqz/viaqz
Tybris/z in gelida ponentem corpora ripa.
Illic cum lachrymis ipsos modulata dolores
Uerba sono tenui merens fundebat/vt olim
Carmina iam moriens canit exequialia cygnus.
Luctibus extremum tenues liquefacta medullas
Tabuit.inqz leues paulatim euanuit auras.
Fama tamen signata loco est:quem rite Canentẽ
Nomine de nymphe veteres dixere coloni.
¶ Talia multa mihi longum narrata per annum/
Uisaqz sunt.resides/z desuetudine tardi
Rursus inire fretum:rursus dare vela iubemur:
Ancipitesqz viuas/z iter Titonia vastum
Dixerat:z seui restare pericula ponti.
Pertimui(fateor)nactusqz hoc littus adhesi.
Finierat Macareus:vrnaqz Eneia nutrix
Cõdita marmoreo tumulo breue carmẽ habebat.
Hic me Caietam notę pietatis alumnus
Ereptam Argolico/quo debuit igne:cremauit.
Soluitur herboso religatus ab aggere funis:
Et procul insidias/infamateqz relinquunt
Tecta Dee:lucosqz petunt:vbi nubilus vmbra
In mare cum fulua prorumpit Tybris harena:
Faunigeneqz domo potitur:nataqz Latini/
Non sine Marte tamen.bellum cum gente feroci
Suscipitur:pactaqz furit pro coniuge Turnus.
Concurrit Latio Tyrrhenia tota:diuqz
Ardua sollicitis victoria queritur armis.
Auget vterqz sua a externo robore vires.
Et multi Rutulos/multi Troiana tuentur
Castra:neqz Eneas Euandri ad menia frustra:
At Uenulus frustra profugi Diomedis ad vrbem
Uenerat.ille quidez sub Iapyge maxima Dauno
Menia condiderat:dotaliaqz arua tenebat.
Sed Uenulus Turni postquã mandata peregit:
Auxiliumqz perit.vires Etolius heros
Excusat.nec se aut soceri committere pugne
Uelle sui populos:aut quos e gente suorum

no. Tametsi quidã Iora putent esse legendum/non oraz. ¶ Infama.dee.infamia laborãtz Circes. ¶ Prorumpit. cum impetu ingreditur. ¶ Faunigeneq; domo. Latini Fauni filij.Hec autem idcirco narrat poeta vt sociorum Diomedis in aues cygni similes Metamorphosin cũ superiore aptius connectat. ¶ Cum gẽte feroci. Rutuloꝝ: vt ex carmine quoq; Uergilii.est notum. ¶ Concurrit Latio Tyrrhenia tota. Thuscie ppli cõtra Latinos bellum pro Troianis suscipiunt. ¶ Externo rob. externis militibus. ¶ Neq; Eneas Euandri ad menia frustra:nam Euander in Troianorum auxilium et Pallantẽ filium misit:et vt a Thuscis imploraret auxiliũ hortat⁹ est:vt Uergilius quoq; canit. ¶ At Uenulus frustra. Uenul⁹ a Turno ad Diomedem: qui in Apulia vrbẽ edificauerat / missus orator:nihil auxilij ab eo impetrauit:ꝙ diceret cum alia quedam/tum Troianos nimium diis esse gratos et charos. ¶ Profugi Diomedis: procul a patria ob vxoris turpitudinẽ fugati. Naz Diomedes a bello Troiano in patriã reuersus Egialem vxorẽ compit Cylleboro sthenelii filio adhesisse: a qua cum recept⁹ non foret: aufugiẽs puenit in Apuliã: vbi a Dauno cum parte regni filia accepta vrbem nomine Argyrippã edificauit. ¶ Sub Iapyge Dauno. Daun⁹ rex fuit Apulie:a q̃ Daunia fuit appellata. Iapyx autem a Iapygia declinatur/que eadem est

☞ cum

Faunigena.

Diomedes.

Daunus.

Iapyx Iapygis.

Armet: habere vllos. neue hec cōmenta putetis:
(Admonitu quāquam luctus renouentur amari)
Perpetiar memorare tn̄: postq̄ alta cremata est
Ilios: & danaas pauerūt Pergama flammas:
Naritiusq; heros a virgine/ virgine rapta:
Quam meruit penam solus/ digessit in omnes:
Spargimur: & ventis inimica per equora rapti
Fulmina/ noctem/ imbres/ iram/ celiq;/ marisq;/
Perpetimur Danai: cumulūq; Capharea cladis.
Neue morer referens tristes ex ordine casus:
Grecia tum potuit Priamo quoq; flenda videri.
Me tamen armifere seruatum cura Minerue
Fluctibus eripuit. patrijs sed rursus ab agris
Pellor: & antiquo memores de vulnere penas
Exigit alma Venus: tantosq; per alta labores
Equora sustinui: tantos terrestribus armis:
Ut mihi felices sint illi sepe vocati:
Quos cōmunis hyēs/ importunusq; Caphareus
Mersit equis: vellemq; horum pars vna fuisse.
Ultima iam passi comites/ belloq;/ fretoq;/
Deficiunt: finem rogant erroris. at Agmon
Feruidus ingenio/ tum vero/ & cladibus asper/
Quid superest: quod iam patientia nostra recuset
Ferre viri? dixit/ quid habet Cytherea? q̄d vltra
Velle puta/ faciat? nam dum peiora timentur/
Est locus in voto. sors autem vbi pessima rerū est:
Sub pedibus timor est: securaq; summa malorū.
Audiat ipsa/ licet: & quod facit: oderit omnes/
Sub Diomede viros: odium tamen illius omnes
Spernimus: & magno stat magna potētia nobis.
Talibus iratam Venerem/ Pleuronius Agmon
Instimulat verbis: veteremq; resuscitat iram.

¶ Diomedis socij in aues.

Nos Diomedes fecit Cytherea volucres.
Qui fuimus quondam sub Diomede viri.

Dicta placent paucis. numeri maioris amici
Agmona corripimus/ cui respondere volenti:
Vox pariter: vocisq; via est tenuata comeq;.
In plumas abeunt: plumis quoq; colla teguntur:
Pectoraq;/ & tergum: maiores brachia pennas
Accipiunt: cubitiq; leues tenuantur in alas.
Magna pedis digitos pars occupat: oraq; cornu
Indurata regent: finemq; in acumine ponunt.
Hunc Lycus Idas/ & cum Rethenore/ Nycteus/
Hunc miratur Abas: & dum mirantur: eandem
Accipiunt faciem: numerusq; ex agmine maior
Subuolat: & remos plausis circūuolat alis.
Si volucrum que sit dubiarum forma requiris:
Ut non cygnorum/ sic albis proxima cygnis.

Iapyx. ¶ cū Apulia: ab Ia-
pyge Dedali filio co
gnominata ẽ Sane
Iapyx vrbis quoq;
nomē est q̄ nūc ba-
riū dr. Est etiā Ia-
pyx vēt' Apulie pe
culiaris. ¶ Etoli-
he. Diomedes Ty-
dei Etolie regis fi-
lius. ¶ Excusat: in
excusationē addu-
cit. ¶ Cōmēta ficta.
¶ Perpetiar. susti-
nebo. ¶ Memorare
Ilios. narrare. ¶ Ilios:
vrbs Troia: que et
Ilion dicit. ¶ Na-
riciusq; heros: Aiax
Narix. Oilei fili'/ qui fuit
Naritius. Narix ciu-
que & Naritium/ &
naritie dr: vrbs fuit
Locridia: vnde na-
ricius declinatur:
Aiax oilei Aiax aūt Oilei fili'
Cassandram Pria-
mi filiā: cū i templo
Palladis stupras-
set: nō in se solum:
sed in oēs Grecos
irā numinis cōcita-
uit: nam in patriā
nauigantes: & ipse
fulmine percussus
orta maxima tem-
pestate: & alij p ma-
ria iuere dellecti.
¶ A virgine Palla
de que perpetuam
seruauit virginita-
tē. ¶ Uirgine rapta
Cassādra stuprata.
¶ Digessit: dissipa
uit: dimisit. ¶ Sp-
gimur: dissipamur:
dispergimur. ¶ Cu-
Caphareus. muluq; Caphareus
cladis: Caphareus
promontorium est
Euboee l Hellespō
tū spectās: ad cui'
radices ira Miner
ue ac fraude Nau
plij Palamedis pa
tris Grecorū clas-
sis maximum fecit
naufragiū. ¶ Pria
mo quoq; flenda vi
deri: nimia est cala-
mitas: que hostib'
quoq; flēda videt.
¶ Antiquo de vul-
nere: nam in bello
Troiano Diome-
des cū Enea ꝯgres-
sus/ cū sibi cum au-
xilia Veneris eripi
videret in ipaz deā
sagittas cōiecit: q̄re
dea irata a Diome
de vxoris animum
sic abalienauit: vt
illū ab excidio Tro
iano

iano reuersum in
edes accipere no-
luerit. ¶ Memores
penas: quas in me
moria hēbat. ¶ Im
portunus Caphā.
sine portu: pernitio
sus. ¶ Deficiūt me
dereliquere voluit. Agmon.
¶ At Ag. Fer. Ag-
mon cū venerē cō-
tēneret: in auē cy-
gno simile vna cū
quibusdam e socijs
fuit ꝯmutat'. ¶ Fer
uidus inge. feroci
ingenio preditus.
¶ Et asper. etiā in-
dignatus. ¶ Recu-
set ferre: nolit pati.
¶ Est locus in vo-
to: votis & precibus
locus relinquitur:
tūc enī hoies ad p̄-
ces cōfugiūt: cū pe-
iora timēt. ¶ Sors
aūt vbi pessima re-
rū est: vbi pessim'
ē rerū stat'. ¶ Sub
pedib' timor est: ni
hil timetur. ¶ Se-
cura: sine timore.
¶ Sub Diomede:
existens subaudis-
mus. ¶ Spernim':
cōtēnimus. ¶ Ma-
gna potētia: Vene-
ris. ¶ Stat magno
cōstat. nā patriam
propter ipsam ami
simus. ¶ Pleuro- pleuron'.
nius Agmon. Pleu
ron vrbs est Etolie
vñ Pleuroni' deri-
uatur. ¶ Resuscitat
iterū excitat. ¶ Mu
neri maioris amici:
plures amici. ¶ Te
nuata: tenuis & exi
guo fctā. ¶ Magna
pedis digitos pars
occupat: hyppalla-
ge ē: magnā enī pe
dis ptē a digitis suis
se occupatā itelligi
mus. ¶ Cornu: ro-
stro. ¶ Fineq; i acu
mine ponūt: acutū
habēt rostrū. ¶ Ex
agmine: multitudi
ne comitum. Hmōi
autē aues Diome- diomedee
dee a nomine duc'
fuerunt appellate.
¶ Plausis alis: cū
quodā strepitu mo
tis. ¶ Dubiarū vo
lucrum: auium de
quibus dubitat. an
cygni sint: an alie a
cygnis. ¶ Proxima
simila. nā Diome-
dee aues oloribus
sunt similes.

¶ Fabu

Uix equidē has sedes/⁊ Iapygis arida Dauni
Arua gener teneo minima cum parte meorum.
Hactenus Enides. Uenulus Calydonia regna:
Puteolosq; sinus/ Messapiaq; arua reliquit/
In quibus antra vides: que multa nubila sylua/
Et leuibus guttis manantia Semicaper Pan.
Nunc tenet: at quondam tenuerūt tēpore nymphe

Pastor in oleastrum.

Si pulus vt mouit cōuitiis pastor amores:
In nymphas fructus: sic oleaster habet.

Apulus has illa pastor regione fugatas
Terruit: ⁊ primo subita formidine mouit.
Mox vbi mens rediit: ⁊ contempsere sequentem/
Ad numerum motis pedibus ducere choreas.
Improbat has pastor: saltuq; imitatus agresti
Addidit obscenis conuitia rustica dictis.
Nec prius obticuit: quam guttura condidit arbor.
Arbor enim est: succoq; licet cognoscere mores
Quippe notam lingue baccis oleaster amaris
Exibet: asperitas verborum cessit in illas.
Hinc vbi legati rediere negata ferentes
Arma Etolia sibi: Rutuli sine viribus illis
Bella infausta gerunt: multumq; ab vtraq; cruoris
Parte datur: fert ecce suidas in pinea Turnus
Tecta faces: ignesq; timent: quibus pepercit.

Enee naues in nymphas.

Que nymphe modo penetramus vndas
Enee fuimus pii carine.

Iamq; picem: ⁊ ceras: alimentaq; cetera flāme.
Mulciber vrebat: perq; altum ad carbasa malum
Ibat: ⁊ incurue fumabant transtra carine.
Cum memor has pinus. Ideo vertice cesas
Sancta deum genitrix tinnitibus ethera pulsi
Eris: ⁊ inflati compleuit murmure buxi.
Perq; leues domitis inuecta leonibus auras
Irrita sacrilega iactas incendia dextra
Turne ait eripiam: nec me patiente cremabit
Ignis edax memorum partea: ⁊ membra meorum
Intonuit dicente dea: tonitruq; secuti
Cum saliente graues ceciderūt grandine nimbi.
Eraq;/⁊ tumidum subitis concursibus equor
Astrei turbant: ⁊ eunt in prelia fratres.
E quibus alma parens vnius viribus vsa
Stuppea perurit Phrygie retinacula puppis:
Fertq; ratea pronas: medioq; sub equore mergit.
Robore mollito: lignoq; in corpora verso:
In capitum facies puppes mutantur adunce.
In digitos abeunt: ⁊ crura natantia remi.
Quod q; sinus fuerat: latus est/ mediisq; carina.
Subdita nauigiis/ spine mutatur in vsum.

LACT. Fabule .xi. xiii. libri argumentū.

Uix equidē has sedes ⁊c. Lauinie regionis locū arborious obūbratum Pan Mercurii fili⁹ tenuit: quem postea nymphe occuluerūt: has pastor Apulus cum procacib⁹ maledictis terruisset: itaq; ne ampli⁹ illis suū in ppatulo haberet numine earū i arborē oleastrū extabuit: ⁊ ita fact⁹ ē.

Oenides. Hacten⁹ Oenides: Diomedes Oenei nepos. Uenul⁹ Calidonia regna: Diomedis Calydoni. Nā Calydon vrbs est Etolie.

Puteoli. Puteolosq; sinus. Puteoli vrbs est Apulie a multitudine puteorū dicta: legit etiā Peucetios.

Messapia Messapia arua: Apua a messapo duce cognominata. legit etiā: Mesapis. In q̄b⁹ antra vides: pastoris cuiusdā apuli i oleastrū Metamorphosin poeta exponit. Nubila: obscura est em̄ hoc loco ppositū. Manātia stillātia. Semicaper Pan:

Pan: Pan de⁹ est pastorū: q̄ a pte posteriori capro similis pingebatur. Mouit: cōmouit ad fugiendū. Ad numerū: ad rithmū ⁊ gestus rationem. Ducere choreas tripudiarūt. Improbat: vituperat. Cōdidit abscōdit. Succo ex succo: q̄ est amarus et asper. Notam signum.

Oleaster. Oleaster: oliua est siluestris. Cessit: transiuit.

LACT. Fabule xii. xiiii. libri argumentum.

Hinc vbi ⁊c. Turnus aduers⁹ Eneā p Lauinia sponsa dimicās: cū immittere ignē classibus conaret: mater deorū: q̄ ex Ida monte phrygie sacrato essent facte: impetratis p̄cibus ab Ioue in nympharū spe⁊ cōuertit: vt Dea rum marinarū numē augere possent: effecit.

Rutuli: Rutuli: ppli fuerūt q̄b⁹ iperauit Turn⁹. Hec autem narrātur: vt cōmodius nauiū Enee trāsmutationem in nymphas inserere possit poeta. Nam cū Turnus Rutulorum ex ignē immisisset in classē Troianorū: mater deū eas naues: q̄ i Ida mōte sibi dicato fabricate fuerāt: comburi non est passa. Uerū in nymphas eas marinas commutauit. In pinea tecta: periphrasis est nauiū: que ex pineis tabulis conficiunt. Mulciber: Uulcanus: ignis. Inflati buxi: tibie q̄ ex buxo conficitur. Domitis leonib⁹: curtus em̄ Cybeles: vt in superiorib⁹ scripsim⁹: a leonib⁹ trahit. Irrita vana. Sacrilega dextra: hypallage est. Ipse enim sacrilegus intelligitur. Astrei turbant: Astrei venti

Astrei: Aurore ⁊ Astrei gigantis filii. Stuppea retinacula. periphrasis est orarū: idest funium: quibus naues ad terraz religant. Robore mollito: duritie molli facta. In corpora: in carnes.

Carina Naues. Enee in nymphas. Carina subdita: lignum suppositū. Nam carina proprie lignum est illd quo fundum nauis in duas distingui partes videtur. Lina. funes ex lino confecti. Cerulus color: niger. Duriq; in montibus orte Molis fretum: antithetion elegās: quo maxime sensus exornatur. Durum nanq; opponitur molli. Nec eas sua tangit origo: hoc est nihil mouentur cupiditate sue originis videnda. Nihil curant redire in montes: vbi sunt orte.

Fabule

¶ Fabule. xiij. libri. xiiij. Argumentum.

LACT. ¶ Cladis adhuc &c. Naues Enee docet ex recordatione in speciem nympharū versas deo[rum] suo[rum] volūtate/ Neritiq; nauē vidisse dicit naufragio. Item Alcionū Pelasgos portātē saxo durescere.

RAPH. ¶ Neritie ratis. sic quidem legitur: vt intelligatur nauis Aiacis Oilei/ qui fuit Maritii*. Mihi h[oc] magis Neritie videt[ur] legēdū: vt de Vlyssis naufrago sentire poetā intelligamus. Neritus eni[m] mōs est Ithace: patrie Vlyssis: vñ Neritius declinatur.

Alcinous ¶ Puppe a Alcinoi Alcinous Vlyssez/ quem naufragū hospitio susceperat: instructa naue i[n] Ithacam vehendū curauit: s[ed] nauis ipsa in scopulu[m]/ q[ui] est post Phalacriū Corcyre promontoriū / simili specie trāsfigurata fuisse a Neptuno in. xiij. odissee ab Home. narrat.

¶ Fabule. xiiij. libri. xiiij. Argumentum.

LACT. ¶ Spes erat &c. Turno ab Enea interempto / Ardea vrbs regnū Turni incēdio ad cinerem redacta: ex qua volucris emersa est: que patrie eius nomine vocaret a posteris Ardea.

RAPH. ¶ Animata classe. transmutata classe in nymphas aiam habētes. ¶ Quod deorū est instar. ad similitudinē. Nam animi vt dij sūt immortales. Hec autem a poeta narrātur: vt aptius Ardee vrbis in auem Metamorphosin / subijciat. nam Ardea p[ro]pria fuit Turni / quam victores Troiani cum incēderent / forte auis ex incendio nunq[uam] antea visa euolauit: que a nomine vrbis ardea fuit appellata.

IACO. ¶ Turnusq; cadit: ca. Ardea Turno Sospite dicta potens: quam postq[uam] barbarus ensis Abstulit: & tepida patuerunt tecta fauilla/ Congerie e media tum primum cognita prepes Subuolat: & cineres plausis euerberat alis. Hoc in loco verba Serenij ex commentario septima Eneid: recitāda censemus: que talia sunt. Illud nāq; Ouidij Metamorphoseos fabulosum: incensu[m] ab Hannibale Ardeam: & in hanc auem esse cōuersam. Que lectio si vera est: tum Barbarus ensis: non Enee: sed Hannibalis intelligetur. Qua enim ratione Ouidius noster: cu[m] Augusto blandiatur: per Eneam Veneris filium: eum Barbarum appellare potuerint? Hercle agnosco. Sed Vergilius in tota Eneide (quod equidem sciam vel meminerim) nunq[uam] Barbarum: Eneam appellat. Veru[m] in hoc vt etiā in multis: amplius censemus requirēdū.

Lina come molles: antenne brachia fiunt:
Cerulus vt fuerat/ color est/ quasq; an[te] timebant/
Illas virgineis exercent lusibus vndas.
Naiades equoree/ durisq; in montibus orte:
Molle fretum celebrant: nec eas sua tangit origo.
Non tamen oblite q[uam] multa pericula sepe
Pertulerint pelago: iactatis sepe carinis
Supposuere manus: nisi si qua vehebat Achiuos.

¶ Nauis in scopulum.

Alcinoi in scopulum vertit: cui suscina puppim
Que sua bulichium vexit in arua ducem.

¶ Cladis adhuc Phrygie meores odere pelasgos:
Neritieq; ratis viderunt fragmina letis
Vultibus: & letis videre rigescere puppes
Vultibus Alcinoi: saxumq; increscere ligno.
¶ Spes erat in nymphas animata classe marinas
Posse metu monstri Rutulum desistere bello
Perstat: habetq; deos pars vtraq;: q[ui]dq; deo[rum] est
Instar: habent animos. nec iam dotalia regna/
Nec sceptrum soceri/ nec te Lauinia virgo/
Sed vicisse petunt: deponendiq; pudore
Bella gerunt: tandemq; Venus victricia nati

¶ Ardea in auem.

Dum Troum manus Ardeam cremaret
Prepesq; Ardea cognita est volucris.

Arma videt: Turnusq; cadit: cadit Ardea Turno
Sospite dicta potens. quā postq[uam] barbarus ensis
Abstulit: & tepida patuerunt tecta fauilla/
Congerie e media tum primum cognita prepes
Subuolat: & cineres plausis euerberat alis:
Et sonus/ & macies/ & pallor/ & omnia/ captam
Que deceant vrbem: nomen quoq; mansit in illa
Vrbis: & ipsa suis deplangitur Ardea pennis
¶ Iamq; Deos omnes/ ipsamq; Eneia virtus
Iunonem veteres finire coercuit iras.
Cum bene fundatis opibus crescentis Iuli/
Tempestiuus erat celo Cythereius heros:
Ambieratq; Venus Superos: colloq; parentis
Circunfusa sui: nunquam mihi dixerat vllo
Tempore dure pater/ nunc sis mitissimus opto.
Eneeq; meo/ qui te de sanguine nostro
Fecit auū: quamuis paruum/ dea optime numen:

RAPH. ¶ Soceri. Latini regis. ¶ Vicisse. victoria[m]. verbū pro nomine positū est. Sic Pers[ius]. Scire tuum nihil est. ¶ Deponendiq; pudore. bella subaudiamus. vtrūq; eni[m] pudebat deponere bellum. ¶ Turnusq; cadit ab Enea interfectus. ¶ Barbarus ensis. Troianus. ¶ Abstulit. sustulit: deleuit. ¶ Patuerunt. dissoluta fuerunt. ¶ Congerie e medio rogo. ¶ Prepes. auis nā p[ro]peres aues maiores dñr: q[ue] volatu suo bōtā auguriū. ¶ Plau. alis. cōcussis. ¶ Et so. & vox tenuis & exilis. est aūt polysyndetō. ¶ Deplā. p[er]cutit. ¶ Suis pēnis. suis alis.

prepes

¶ Fabule. xv. libri. xiiij. argumentum.

LACT. ¶ Iamq; deos &c. Ven[us] vt animaduertit filiū Eneā laborib[us] exhaustis ad finem venisse eui. petit ab Ioue p[at]re vt promissis fidē faceret. Cu[m] ius ille p[re]cib[us] audu[m] effecit: vt in agro Laurēti in flumie Numicio mortalitatē abluerer: itemq; Indigetes deos transferret ita: vt a posteris sicut ceteris dijs sacra ei administrarentur.

Quāuis pro q[uam]tu[m] uis.

RAPH. ¶ Iamq; deos omnes. Enee cu[m] ad vltimū etatis sue t[em]p[us] venisset: p[re]cib[us] Veneris olim deo[rum] [con]sensu i[n] deū: quē latini indigetē appellarūt: fuit trāsmutat[us]. ¶ Ipsamq; Iu. q[ue] semp[er] ei fuerat aduersata. ¶ Coer. coegit. ¶ Cre. Iu. Iul[us] Enee fuit fili[us] q[ui] patri in regno latino[rum] successit. ¶ Collo. parē. circūfusa sui. hoc est collū Iouis p[at]ris sui cōplexa.

Dummodo des aliquid. satis est inamabile regnũ
Aspexisse semel: stygios semel isse per amnes.
Assensere dei. nec coniunx regia vultus
Immotos tenuit: placatoq3 annuit ore.

¶Eneas in deum.

Abstulit Enee quidquid mortale inimicus
Quem Romana deum gens vocat Indigetem:

Tum pater. est is ait celesti numine dignus:
Queq3 petis: pro quoq3 petis: capenata q̃d optas.
Fatus erat: gaudet/ gratesq3 agit illa parenti:
Perq3 leues auras iunctis inuecta columbis
Littus adit Laurens: vbi tectus arundine serpit
In freta flumineis vicina Numicius vndis.
Hunc iubet Enee quecunq3 obnoxia morti
Abluere: & tacito deferre sub equora cursu.
Corniger exequitur Veneris mandata. suisq3
Quidquid in Enea fuerat mortale repurgat:
Et respersit aquis. pars optima restitit illi.
Lustratum genitrix diuino corpus odore
Unxit: & ambrosia cum dulci nectare mixta
Contigit os: fecitq3 Deum: quem turba Quirini
Nuncupat Indigetem: temploq3/ arisq3 recepit.
¶Inde sub Ascanii ditione binominis/ Alba
Resq3 Latina fuit. successit Siluius illi:
Quo satus/ antiquo tenuit repetita Latinus
Nomina cum sceptro. clarus subit ecce Latino
Epitus ex illo. post hunc Capetusq3/ Capysq3/
Sed Capys ante fuit. regnũ Tyberinus ab illis
Cepit: & in Thusci demersus fluminis vndis
Nomina fecit aque: de quo Remulusq3/ feroxq3
Acrota sunt geniti. Remulus maturior annis
Fulmineo periit imitator fulminis ictu.
Fratre suo sceptrum moderatior Acrota forti
Tradit Auentino: qui. quo regnarat/ eodem
Monte iacet positus/ tribuitq3 vocabula monti.
Iamq3 Palatinus summe loca gentis habebat.

¶Pomona dea.

Silenum: Panes: Satyros: Pomona Priapum
Noluit: hanc tandem cana fefellit anus.

Rege sub hoc Pomona fuit: qua nulla Latinas
Inter Hamadryadas coluit solertius hortos:

RAPH. ¶Inamabile regnũ. inferoꝝ regnum. ¶Immotos tenuit. significat Iunonem quoq3 annuisse Ioui/ vt Eneas in deoꝝ numerũ admitteret: qui enĩ annuĩt/ caput mouẽt. ¶Tũ pater. Iuppiter. ¶Ia. Eneas ¶Grates agit. gratias agit in soluta dictm9 oratione. ¶Iunctis colũbis. curr9 Veneris a colũbis trahi fingit. *Numici9.* ¶Numici9 vndis Numici9 fluui9 est Latij: qui et Numic9 dr: in quez cũ cecidisset eneas neq3 inuẽtus esset: credit9 est in deum indigetẽ fuisse commutatũ. ¶Serpit. lente labit. ¶Quecũq3 ob. mor. quecũq3 morti subiecta. ¶Corniger. fluui9. oẽs enĩ fluuij cum cornib9 pingebant. ¶Restitit illi. remãsit illi Enee. aia nãq3 im̃ortalis eternitati fuit ꝯsecrata. ¶Lustratũ. purgatum. *Ambrosia* ¶Ambrosia. immortalitas interp̃tat. herba aũt esse fingit/ q̃ diuvescũtur. ¶Cũ dulci nectar: vt Ambrosia p deoꝝ cibo ponitur: ita Nectar pro eorundez suauissima accipitur potione. ¶Cõtigit. tetigit. ¶Turba Qui. populus Roma. ¶Nũcupat indigetẽ. diĩ indigetes. q̃a Greci heroas vocant ex mortali & deo nati putabant. vñ Eneã Latini deũ idigetẽ appellarũt: vñ idigetare antiq̃ dicebãt p eo q̃d est inuocare Macro. Nãq3 virgines Vestales ita indigerãt. Apollo medice. Apollo Peã. ¶Nũcupat. nuncupauit. appellauit. *Indigetes dii.* *Indigetare.*
¶Fabule. xvj libri xiiij. argumentum. *LACT.* ¶Inde sub &c. Tyberin9 Albanorum rex Thusco amni Albula mersus interiit: ac nomen fluuio reliq̃t: itẽ Auentin9/ a quo mõs vrbis Albe accepit imperiũ. Sub hoc Pomona Hamadryadum nympharũ hortoꝝ cultrix/ feliciũq3 arborũ/ cuius nomen pomaria obtinẽt. Hanc cum Vertũnus diligeret: solit9 in varias figuras mutari: & eã re fugiẽte ꝯcubitũ sollicitudine assidua vteret: nouissime in anũ ꝯuersus est: eiq3 multa retulit/ q̃b9 femine flecti solerẽt: vt sibi iungeret. Ipsa aũt perseuerãte in proposito: nouissime refert quoq3 fuisse Cypro Anaxaretẽ virginẽ: que ꝓpter superbiã punita fuisset a Venere: versusq3 in suam formã concubuit cum ea.
RAPH. ¶Inde sub Ascanii binominis. Ascani9 q̃ Iulus fuit appellat9 Enee in regno successit: cui Siluius/ sic dict9/ q' in syluis sit natus/ cui Latin9/ cui Epit9/ cui Capys/ cui Capetus/ cui Tyberinus: qui in Albula submersus nomen fluuio dedit: cui Remul9/ cui Acrota/ cui Auentinus: qui colli nomen dedit/ ibi sepult9: cui Palatin9/ sub quo rege Pomona hortorum dea Vertũno deo/ qui se i varias vertebat figuras oĩbus aliis sp̃etis tandez nupsit. Varias sũt Vertũni Metamorphoseis poeta scribit. ¶Sub di. sub imperio. ¶Ascanij bi. duo noĩa habẽtis. Nam & Ascani9 & Iul9 a prima lanugine: q̃ ιουλος grece dr: fuit cognominat9. Aut Alba binominis. Q̃d Alba lõga fuit/ est enĩ ambiguũ. ¶Alba resq3 Latia fuit. Albam vrbẽ: q̃ ab situ lõga fuit denoĩata ab Ascanio Enee filio fuisse edificatã: et ab alba sue illic triginta porcellos enixa noĩatã etiaz pueri sciũt. Due sane fuerũt Albe: altera ad Fucinũ lacũ: vñ Albẽses declinãtur: altera Rome vicina: vnde Albani. ¶Res La. imperiũ Latinũ ¶Ab illis. post illos. ¶Thus. flu. periphrasis est Albule/ qui postea Tyberis a Tyberino rege in illo submerso fuit appellatus. ¶Maturi. an. maior natu. ¶Imitator ful. cũ enĩ vellet videri fulmina iaculari/ a ioue fulmine ꝓ ꝑcuss9 est. ¶Sceptrũ. imperiũ. ¶Posit9. sepultus ¶Tribuitq3 vo. mo. Auẽtinus enĩ vn9 ex collib9 Rome vrbis ab Auẽtino rege illic sepulto fuit cognoiat9: q̃q̃ Var. alias q̃z hui9 noĩs origies tradat. ¶Sũ. ge. p̃stãtissime. ¶Pomona. dea fuit pomoꝝ. vñ etiã fuit Pomona vocata. ¶Lat. int Hamadryades. hamadryades sũt q̃dã nymphe: q̃ vna cũ ar- *Ascanius.* *Reges Albani.* *Alba longa.* *Auentinus.* *Hamadryades.*

boribus

Naph.

... boreb⁹ & oriunt & occidũt. Unde etiã nomẽ sum pserũt. αμα nãqz simul: Δρυς Δρυος õr querc⁹. ¶ Solerti⁹. diligẽti⁹. ¶ Un re. no. Pomona em a poma nomẽ est ɔsecuta. Poma ꝟo dicunt oẽs fructus quicũqz ex arboribus nati esui stat apti/siue molli/siue duriore cortice tecti: ꝗuis Macro. atqz

decor⁹ ero. Inde Vertũnalia dicta sũt: q̃ mẽse octobri in honorẽ Vertũni celebrabant. teste Varrone. Vertũnus aũt Rome in vico Thurario sacellũ habuit: vt Pedian⁹/Porphyrioqz scribũt. ¶ Neqz erat felicior illis. nam eum quoqz Pomona aspernabatur. ¶ Duri messoris. asperi/ac laborum pa-

Nec fuit arbor el studiosior altera fetus:
Unde tenet nomen. non syluas illa/nec amnes/
Rus amat: & ramos felicia poma ferentes.
Nec iaculo grauis est: sed adunca dextera falce:
Qua modo luxuriem premit/& spatiantia passim
Brachia compescit. fissa modo cortice/lignum
Inserit: & succos alieno prestat alumno.
Nec sentire sitim patitur: bibuleqz recuruas
Radicis fibras labentibus irrigat vndis.
Hic amor/hoc studiũ. Venerẽ q̃z nulla cupido est.
Vim tamen agrestum metuens pomaria claudit
Intus: & accessus prohibet/refugitqz viriles.
Quid non & Satyri saltatibus apta iuuentus
Fecere? & pinu precincti cornua Panes?
Silenusqz suis semper iuuenilior annis?
Quiqz Deus fures/vel falce/vel inguine terret?
Ut potirentur ea? sed enim superabat amando

¶ Vertumnus in anum.
Vertumnus varias potuit qui sumere formas
Pomonam presit: cum simularet anum.

Hos quoqz Vertumnus. neqz erat felicior illis.
O quoties habitu duri messoris aristas
Corbe tulit: veriqz fuit messoris imago.
Tempora sepe gerens feno religata recenti/
Desectum poterat gramen versare videri.
Sepe manu stimulos rigida portabat: vt illum
Iurasses fessos modo disiunxisse iuuencos.
Falce data/frondator erat: vitisqz putator.
Induerat scalas: lecturum poma putares.
Miles erat gladio. piscator arundine sumpta.
Deniqz per multas aditum sibi sepe figuras
Repperit: vt caperet spectate gaudia forme.
Ille etiam picta redimitus tempora mitra
Innitens baculo/positis per tempora canis
Assimulauit anum: cultosqz intrauit in hortos:
Pomaqz mirata est: tantoqz peritior (inquit)
Omnib⁹ es nymphis/quas cõtinet Albula ripis.
Salue virginei flos intemerate pudoris:
Paucaqz laudat e dedit oscula: qualia nunquam
Vera dedisset anus: glebaqz incurua resedit
Suspiciens pandos autumni pondere ramos.
Ulmus erat contra speciosa nitentibus vuis:
Quam socia postquam pariter cum vite probauit:
At si staret (ait) celebs sine palmite truncus/
Nil preter frondes/quare peteretur/haberet.

Poma.

Serut⁹ poma a nucib⁹ distinguentes scribãt nuces generaliter vocari: q̃ duriore cortice tegantur. Poma ꝟo que molliore. Sed pomũ gñale nomẽ est oim fructuũ/q̃cũqz ex arborib⁹ nascuntur/cũ ex aliorũ scriptorũ/tũ ex Ouidij verbis apte colligi põt. ¶ Non syluas illa: Pomona inqt nõ amat syluas vt venere/nõ amnes vt piscatũ eat. ¶ Felicia poma: dulcia/ nõ amara/& aspera. ¶ Nec iaculo grauis est: nec dextra Pomone inqt iaculũ gestat/sz falcem/qua luxuriantes ramos recidat. ¶ Luxuriẽ. luxuriãtes ramos. ¶ Premit. recidit ¶ Bra. ramos ¶ Cõpescit. cohibet. ¶ Lignũ. surculũ alterius arboris. ¶ Alie. aiũ. surculo ex alia arbore in aliã trãslato. ¶ Fibr. tenuiores: subtiliores&qz radices. ¶ Vim agr. violentiã rusticorũ. ¶ Poma. pomaria loca arborib⁹ frugiferis ɔsita dicitur/ atqz pomorũ repositoria. ¶ Satyri. dij sunt siluestres magnopere saltu gaudẽtes. ¶ Panes. Dij sũt pastorũ cornuti. ¶ Silenusqz suis. Silen⁹ Bacchi fuit nutrici⁹ voluptati marie dedit⁹. Satyri autẽ senes (vt scribit Paula.) Silent vocant. ¶ Quiqz de⁹ ꝑiphrasis est Priapi. ¶ Hos qqz Vert. Vertũn⁹ de⁹ est dñs vertẽdarũ rerũ: hoc est vẽdẽdarũ atqz emẽdarũ: a vertẽdo dict⁹: q sei variaß vterẽt formas vt ipse de se apud Proper. narrat. Opportuna mea est cũctis natura figuris: In q̃cũqz voles ꝟte decor⁹

Fibre.

Pomaria

Satyri.

Panes.

Silenus.

Vertũnalia.

Messor.

RAPH. geographoꝛꝫ quoq; inueni mētionē. Quare corrupte mihi legi vr̄. Forsassis aūt Rheginū loco illi⁹ est reponēdum: saxūq; subaudiēdū. Est em̄ Rhegiuz vrbs in littore Calabrie e regione Messane. Sz nihil ausim affirmare cū nullū viderim exēplar in quo Rheginum legat: ꝛ nihil temere est asserēdū/ne istoꝝ similes/qui oia/q̄ nō intelligūt/ex cōmodo suo audacter immutāt/similes esse dephendamur. Atq̄ ne opinioni noui cuiusdā expositores/ad effutiendas ineptias parua mercede a malignis impostorib⁹ ꝯducti accedere videamur: hoc q̄z notam⁹: q Plēmyriū citra oēm legit dubitationē: temerari⁹ immo vo furiosus: pinde atq; si aut Plēmyriuz in priscis manuue scriptis exēplarib⁹ legeret: aut in eo tractu esset: cui⁹ insignia loca Oui. attigit. Plēmyriū qdē est in Sicilia castellū Syracusanoꝝ: vt Steph. tradit: sed nō in ea parte q̄ ad Italiā vergit. Quare ꝛ sibi ꝛ Ouidy studiosis recti⁹ fatuus iste ꝯsuluisset: si Romechiū q̄z vt pauloante Amphyssia/Celēnasq; saxa dissimulasset: ac tanq̄ notum ptermisisset. Ceterū illud Aristotelis oraculum in dies verius esse cōprobat. Eos qui parum cōsyderēt/facile quidq̄d in buccā venit enunciare. ¶ Caulonaq;. Caulō Calabrie mons est ꝛ vrbs: q̄ ꝛ Caulonia dr̄ prī⁹ Aulonia a vicina ꝯualle appellata. ¶ Mariciamq;. Maricia vrbs est Calabrie a Narice Locridis vrbe: que ꝛ Mariciū dr̄ (vt scrib. Steph.) denolata. Eadē aūt cū Locris hec esse videt: qui a Locris Maricijs in extremo Calabrie angulo fuerūt edificati. ¶ Euinciq; fretū. cū difficultate trāsit per Siculū fretū: qđ quidē est maxime vorticosū. ¶ Hippotadeq; domos regi. Strongylē insulā: aliasq; Eolias significat: in qb⁹ regnauit Eol⁹ Iouis fili⁹ ex Acesta Hippote Troiani filia. Vñ. etiā Hippotades cognoiat. ¶ Temeseq; metalla. Temele vrbs est Brutioꝝ: q̄ Tēpsa a Latinis fuit appellata. Erifodine aūt q̄ apud Temesaz fuerāt tpe suo Strabo defecisse narrat. Temesa itē Cypri est vrbs. ¶ Leucosiāq; petit. Leucosia est insula ꝯtra Pestanū sinū a Sirene ibi sepulta denoiata. ¶ Tepidi Pesti. semp vernātis. Sic Vergi. Biferiq; rosaria Pesti. Pestū aūt est oppidum: in agro Cāpano a Grecis Possidonia dictū. ¶ Inde legit Capreas. sic qdē legit: sed Capree p i vocalē, in penultia legēdū esse argumēto sunt codices Greci: in qb⁹ sic est scriptū. Est aūt insula: q̄ e Capriene vocat (vt ait Steph.) Cāpanie adiacēs Tiberij principis arce nobilis. ¶ Legit. transit. ¶ Promōtoriūq; Minerue. sic vocat pmōtoriū qđ est iuxta Surrhētū in quo oliz Sirenes habitasse ferunt. In illi⁹ aūt extremo est Atheneum: hoc est

Minerue

Temele.

Pestum.

Minerue sacellū: qđ Vlysses edificasse narratur. ¶ Et Surrhētinos colles. Surrhētū vrbs est Cāpanie vino maxime nobilis. ¶ Herculeāq; vrbez. hec tū Heraclea: tum Heracleopolis: tum Herculanū vocat. ¶ Stabiasq;. Stabie oppidū fuit Cāpanie: qđ (vt Pli. scri.) bello sociali a Sylla deletū i villas abijt. ¶ Et i otia natā Parthenopē: Neapolim a Parthenope vna sirenarū ibi sepulta: cognoiatā. Neapolim vo in otia natā poeta ait ꝓpter locoꝝ amenitatē: q̄ se romani otiaturi cōferebant. ¶ Et ab hac Cumee tēpla sibylle: et post hanc Neapoli trāsit Cumas Cāpanie, vrbē marie a sibylla nobilitatā. De cui⁹ ꝯditorib⁹ satis supq; in supiorib⁹ dixim⁹ libris. ¶ Hic calidi fōtes. Baias inuit fontib⁹ calidis maxime celebres. ¶ Lētisciferūq; tenet Linternum. Lētiscū arborē ferēs Linternū: qđ qdē est oppidū Cāpanie exilio maioris Sciplōis ꝛ sepulchro maxime nobile. ¶ Vulturn⁹. fluui⁹ est Cāpanie Vulturnū vrbē ad illo dictā pterlabēs. ¶ Niueisq; frequēs Sinuesta colubris. Sinuessa Cāpanie vrbs est/quā qdā Synopē vocitatā dixere: vt Pli. scri. ¶ Minturneq; graues. morbose/grauis ac noxij aeris. Minturne aūt Latij oppidū est paludibus cinctū/ac Liri amne diuisū. ¶ Et quā tumulauit alūn⁹. periphrasis est Caiete/quā a Caieta Enee nostri quidem sentiunt poete. Quidā vo q in littore curuo sit posita sic appellatam a Laconibus putant. Curua nāq; omnia Caietas Lacones vocabant. ¶ Alumnus. Eneas a Caieta alius ꝛ educatus. ¶ Tumulauit. sepeliuit. ¶ Antiphateq; domus. Phormiarū est periphrasis: quas prius Hormias a stationis (que ὅρμη dicitur) bonitate cognominata fuisse Strabo memorie pdidit. Antiphatem vo Lestrygonum regem fuisse/Phormiasq; tenuisse in superiorib⁹ quoq; diximus libris. ¶ Trachasq; obsessa palude. Terracina mihi significari videtur. que antea Trachina: hoc est aspera fuit appellata. Illi nanq; (vt Strabo refert) magna palus obiecta est: quam duo fluuij efficiunt: e quibus maiorem Aufidum vocant. Terracina vo lingua Volscoram Anxur fuit appellata. ¶ Et tellus Circea Circeum mons est Latij maris ac paludibus cinctus: vt insula videatur: a Circe que illum tenuit cognominatus. Nam Circe, filia Solis cum Sarmatarum regem cui nupserat: veneno sustulisset: regnumq; adepta nimium crudeliter se gereret: a populis regno pulsa in Italiam venit/et in promontorio quod ab ipsa, Circeum postea fuit appellatum consedit. In quo et vrbs vero Circei nomine/et illius sacellum cum Minerue ara olim fuisse memorantur. ¶ Et spissi littoris Ancon. sic quidem in omnibus: que mihi le-

¶ Minturneq; graues: ꝛ quam tumulauit alūnus: Antiphateq; domus: Trachasq; obsessa palude: Et tellus Circea: et ipsis littoris Ancon. Quidam non veriti sunt pro Ancon vel Antrum supponere: vel Antium addere: vel (si Dijs placet) pro Ancone maritimo interpretari oppido. vt si quid ferre equiori possis stomacho: facilius

id eorum

Parthenope.

Lētiscus.

Phormie.

EGNA.

Huc vbi velleferam naute aduertere carinam
(Asper eñ iam pontus erat) De⁹ explicat orbes:
Perq; sinus crebros: ⁊ magna volumina labens:
Templa parentis init flauum tangentia littus.
Equore placato patrias Epidaurius aras
Linquit ⁊ hospitio iuncti sibi numinis vsus
Littoream tractu squamme crepitantis arenam
Sulcat: ⁊ innixus moderamine nauis / in alta
Puppe caput posuit: donec castrumq; sacrasq;
Lauini sedes: Tyberinaq; ad Hostia venit.
Huc omnes populi passim matrumq; patrumq;
Obuia turba ruit: queq; ignes Troica seruat
Vesta tuos: letoq; Deum clamore salutant.
Quaq; per aduersas nauis cita ducitur vndas
Thura super ripas / aris ex ordine factis:
Parte ab vtraq; sonant: ⁊ odorant aera fumis:
Ictaq; coniectos incalfacit hostia cultros.
Iamq; caput rerum / Romanam intrauerat vrbē
Erigitur serpens. summoq; accliuia malo
Colla mouet: sedesq; sibi circumspicit aptas.
Scinditur in geminas partes circumflua amnis:
Insula nomen habet: laterumq; a parte duorum
Porrigit equales media tellure lacertos.

ECNA. Id eos feras q̄ antrum vel antiū q̄nis spurium partum supposuerint. Tametsi amplr̄adr oēs: qui quā verba non percipiāt: statim immutandū cu‑rent. Ceterū cur nos Ancō legamus: quidue sit an‑con vt explicemus he rōnes a nobis potissimum sunt. Primum igitur oim: mouent me codices oēs tā manu scripti q̄ ereis typis ducti: deinde ꝓo q̄ ꝟbum sit optimū: ⁊ a mul‑tis authorib⁹ tum grecis: tum latinis vsurpatum: postre‑mo q̄ q̄d sit ancon: q̄d illi ignorare se fassi sunt: nos non scim⁹. Ancon igitur (Ancon) a grecis a latinis cubitus dicitur. sic ⁊ loca ipsa q̄ ita in mare excurrant, vt cubiti vicē ꝑ se ferre videātur: ancones a grecis ⁊ latinis q̄si cubiti dicti. sed ne diutius in re confes‑sa immorer. Respō‑deāt hi mihi: an sci‑ant vnde Ancō illa dorica celebri mu‑nita portu ciuitas dicta. nempe puto dicent q̄ vice cubi‑ti in subiectum ex‑currat mare. Hoc ⁊ Eustachius tertia (ni fallor) rapsodia (neq; eñ tunc mihi libri copia) vbi oēs hominis partes ad inanimata trāsfer‑ri docet: cōprobat. Quin ⁊ geographi testimonium quis non admittat: Hac in Italie parte fuisse proden‑tis cubitos duos. i. ancones. cuius hec sunt verba Geographie primo. Ceterum cubit⁹. i. ancon gre‑ce: lōgus quidem ⁊ angustus: ac deductis a Capa‑rum locis sese extendens. Altero ex montis latere Sirenum sacellum habens: ex altero autē ad pos‑sidoniatem sinum parue tres adiacent insule de‑serte ⁊ petrose: quas Sirenussas vocant. ex quib⁹ verbis tametsi non sit iste Ouidianus ancon: q̄d locorū ratio non patitur: tamen id mihi satis fue‑rit ostendisse: q̄d plurib⁹ terrarū locis huiuscemo‑di reperiri ācones quas sepe poete: raro geogra‑phi nisi nobiliores nominent. Sed q̄ piacnio Va‑lerij Flacci nostri carmen omiserim: qui anconis in Eupino mari cuiuspam meminerit in. iij. hoc versiculo. Quid memorem quas tris aquas: quas torqueat Ancon. Quo in loco nequeo satis tepe‑rare: quin inscitiā cuiusdā non castigem: qui repo‑nēdū acon admonuit: cū si quidq; aut sensus ines‑set cōmunis aut mediocriter greca: que tñ plenis hausisse se labris iactat impudenter: deliberasset nunq; ad tm̄ inscitie foret prouectus: vt Apollonij saltem non percepisset carmen: Apolloni⁹ quoq; Rhodius. ij. huius Anconis meminit: cui⁹ quoq; carmen apposuissem ni vererer ne impressores q̄ non satis aut greca callent. aut grecas literas nō habent necessitate ita imperante: cuncta deprauarent.

RAPH. mihi videre ɔtigit exēplarib⁹ legitur: sed cor‑rupte vt mihi videtur. Neq; eñ aut geographie ratio: aut historie istiusmodi lectiōi astipulatur. Ancon siquidem vrbs est Piceni: non Latij: neq; in eo tractu preter cuius vrbes Esculapium vectū fuisse poeta scribit. Mari nāq; Adriatico adiacet Ancon. Esculapius vero per Tyrrhenum vectus Romā fuisse narratur. Valerius ꝑterea maxim⁹ (vt alios omittam historicos) nō apud Anconem: sed apud Antiū e naui Escu‑lapiū egressum fuis‑se testatur his ver‑bis. Tum legati ꝓ‑inde atq; exoptate rei compotes expie‑ta gratiarū actiōe: cultuq; anguis a pe‑ritis accepto leti inde soluerunt ac ꝓspe‑ram emēsi nauiga‑tionem postq; An‑tium appulerunt: ā̄guis qui vbiq; in nauigio remāserat prolapsus in vesti‑bulo edis Escula‑pij: myrto frequenti‑bus ramis diffuse supereminentē ex‑celse altitudis pal‑mam circundedit: per q̄ tres dies po‑sitis quib⁹ vesci so‑lebat: non sine ma‑gno metu legatorū ne in triremē reuer‑ti nollet: Antiensis tēpli hospitio vsus Urbi se nostre adue‑hēdū restituit atq; in ripam Tyberis egressus legatis in insulam vbi tēplū ei dicatum est: tra‑nauit: aduētuq; suo tēpestatē: cui remedio q̄situs erat dispulit. Quo igit̄ mō legēdū dicem⁹: An ita Antiū est legendū vt illud Vergilianū. Et dulcis musti Vulcano decoq̄t humorē. Versus est eñ hy‑percatalectic⁹. Est autē Antiū Latij vrbs haud lon‑ (Antium) ge ab Lauinio distās. vñ Antiates dñr. Spissi littoris: densi ac duri. Asper eñ iam pōtus erat parēthesis est causam cōtinēs cur legati in portū Antiatem intrarint. Mare eñ iam in tempestatē fuerat erectū. Et hospitio iuncti sibi numinis: Apollinis ɔsanguinitate Esculapio iuncti. Nam Esculapium Apollinis filium fuisse etiā pueri sci‑unt. Donec Castrūq;: Castrū oppidū est Latij (Castrum) iter Lauinium ⁊ Hostiā situ. Sacrasq; Lauinij sedes: Lauiniū vrbs ē Latij cōe noi latino: Vene‑ (Lauiniū) ris tēpiū hñs. Tyberinaq; ad Hostia venit: ad (Hostia) Hostia Tyberis. vñ vrbs Hostia fuit cognoiata: quā Anc⁹ Marti⁹ edificauit: illucq; coloniā dedu‑xit. Queq; ignes Troica seruat Vesta tuos: apo‑strophe ē, ad Vestā: quā idcirco Troicā ⁊ troianā poeta vocat: q̄ e troia allata fuerit ab Enea. Vir‑gines autē vestales ōēs Esculapio obuiā ꝓcessisse ait. Thura sonāt: strepūt. Nā thus ardētia so‑nitū quēdā emittūt: vt ɔtēcū ꝓ ꝓtinēte positū ē: vt acerras ⁊ thuribula sonare itelligam⁹. Et odo‑rāt aera fumis: ⁊ odorib⁹ aerē replēt. Incalfacit sanguine: dū eñ victime iugulant̄ cultri sangule calefiūt. Scidit̄ i geminas ptes isulā describit i tyberi rome effectā segete agri tar q̄niorū q̄ post‑ea cāp⁹ marti⁹ fuit appellat⁹ a ꝓplo i fluuiū iiecta.

RAPH. ¶ Huc se delata pinu. illuc naue appulsa. ¶ Phebelus anguis. Esculapiꝰ Apollinis filius. ¶ Specie celeste resumpta. dei figura resumpta: depositaqꝫ serpētis forma. Poetica ꝓ licētia celeste pro celesti est positū. ¶ Luctibꝰ. morbo ⁊ pesti. Id qḋ sequit̃ pro eo quod p̃cedit est positum.

puli sunt Africe admodū feroces. ¶ Cyniphiumqꝫ Jubam. Juba Mauritanie rex fuit: qui cum partes Pompeij in Aphrica foueret a Cesare fuit superatus. Cyniphium autem Jubam appellat poeta a Cyniphe fluuio Libye: qui iter duas Syrtes labitur. ¶ Mithridatesqꝫ tumētem Nominibus

¶ Fabule. ij.
Argumētū.

LACT. ¶ Hic tm̃e. Ouidiꝰ opere pacto docet se a chaos p̃ncipiū cepisse ⁊ ad Cesarē deduxisse: quē gētibus orbis deuictis Venꝰ ab inimicorū insidiis aduertit. Inqꝫ filiū eius qḋ epigrāma cōpetere a nobis tale cōpositū est Epigramma.

RAPH. ¶ Hic tm̄ accessit. Julij Cesarꝫ ale Metamorphosin i stellā ita perspicue describit in gratiā Augusti Cesa. poeta/ vt nihil expositiōe opꝰ esse videat̃.
Cesar in deum. Cū em̄ Augustꝰ in dos i honorē Julij Cesaris: q̄ i senatu fuerat trucidatꝰ: celebraret: forte cometa apparuit: quā esse Cesaris aiaꝫ Augustꝰ ipe aduocata ɔcione pplo Romano psuasit. Insulsꝰ sūt q̄dā nō ɔtētus suis ineptiis ea separare. q̄ Oui. artificiosissime copularat: hoc etiā loco fetidū epigrāma hexametro pentametroqꝫ v̄su cōpositū temerarie nimiū ⁊ stolide inseruerat: qḋ q̄dē cū totū opꝰ inq̄naret/ delēdum

Huc se delata pinu Phebelus anguis
Contulit: ⁊ finem specie celeste resumpta/
Luctibus imposuit: venitqꝫ salutifer vrbi.

¶ Julius Cesar in cometem.
Cesaris Eneade Julij videre cometem
Ad superos cesum quem tulit alma Venus.

¶ Hic tamen accessit delubris aduena nostris.
Cesar in vrbe sua deus est quem Marte/ togaqꝫ
Precipuum: non bella magis finita triumphis:
Resqꝫ domi geste/ properataqꝫ gloria rerum
In sydera vertere nouum: stellamqꝫ comantem/
Quam sua progenies. nec enim de Cesaris actis
Vllum maius opus: q̄ꝫ pater extitit huius.
Scilicet equoreos plus est domuisse Britannos:
Perqꝫ papyrei septenflua flumina Nili
Victrices egisse rates: Numidasqꝫ rebelles/
Cyniphiumqꝫ Jubam/ Mithridatesqꝫ tumētem
Nominibus Pontum/ populo adiecisse Quirini:
Et multos meruisse: aliquos egisse triumphos:
Quam tantum genuisse virum: quo preside rerum
Humano generi superi fauistis abunde.
Ne foret hic igitur mortali semine natus:
Ille deus faciendus erat: quod vt aurea vidit
Enee genitrix (vidit quoqꝫ triste parari
Pontifici letum/ ⁊ coniurata arma moueri)
Palluit: ⁊ cunctis/ vt cuiqꝫ erat obuia diuis/
Aspice dicebat: quanta mihi mole parentur
Insidie: quantaqꝫ caput cum fraude petatur:

Ponti: Mithridatis gloria/ ⁊ victoriis: qui per q̄draginta annos cū populo Romano bellum gessit. Ab Alexandria ꝓ deuicta Cesarꝰ in Syriā/ et inde in Pontū trāsit: vbi Pharnacē Mithridatꝫ magni filium ac tunc occasione tempoꝝ bellantē: tamqꝫ multiplici successu prefe rocem intra quintum quo affuerat diē quatuor quibꝰ in ɔspectū venit horis vna acie ꝓfligauit: crebro cōmemorans Pōpei felicitatem: cui p̄cipua militie laus de tā i belli genere hostiū ɔtigisset. ¶ Et multos meruisse. multo plures triumphos meruisse Cesa. q̄ꝫ egerit: apte asserit poeta. Huius ad id alluere videt̃ qḋ Trāq̄llus scribit. Cesarē post Hispaniā vlteriorem pacatā: quā ex p̄tura fuerat sortitus: eū ad triumphum simul: consulatusqꝫ Romam rediisset: coactū fuisse triumphum dimittere: ne consulatu excluderet̃: cum editis iaꝫ comitiis

Cometes esse putaui. ¶ Stella comantē. periphrasis est comete. Nam cometes stella esse crinita phibetur.
¶ Properataqꝫ gloria rerū. pperāter ac cito acq̄sita. ¶ Quam sua proge. q̄ꝫ Augustꝰ Cesa. filiꝰ adoptiuꝰ. ¶ Nec enim de Cesa. actis. omnibꝰ Cesaris
Julij Cesaris gesta. gestis adoptionē Augusti anteponit poeta. ¶ Scilicet equoreos. ꝓstātissima queqꝫ Cesaris gesta cū quadā ironia enumerat poeta: vt ostēdat Augu. adoptionē illis esse anteferēdā. ¶ Equoreos Britānos. equore circūdatos/ ac nauigatiōi deditos: quos impio Romano vna cum Gallis Julius Cesar subigit ¶ Perqꝫ papy. feri. Juliꝰ Cesar (vt scribit Trāquillus) Pompeiū Pharsalico prelio fusum ac fugientē Alexandriā persecutꝰ occisuꝫ deprehēdit: vbi cum Ptolomeo Egypti rege: a quo sibi quoqꝫ insidias tendi animaduertit/ belluꝫ sane difficillimū gessit: neqꝫ loco: neqꝫ tpe equo: sed hyeme ⁊ intra menia copiosissimi ac solertissimi hostis: īnops ipse rerū omniū atqꝫ impatatꝰ/ regnū Egypti victor Cleopatre: fratriqꝫ eius minori permisit: veritus ꝓuinciā facere: ne quādo violētiorē presidē nacta nouarū rerum materia esset. ¶ Papyriferi Nili. papyrum ferenti: ex qua olim charte
Numide. conficiebant̃. ¶ Numidasqꝫ rebelles. Numide populi sunt

ratio eius haberi non posset: nisi priuatus vrbem introisset. Quinqꝫ ꝓ triumphos egit Cesar. Gallicum: Alexandrinum: Ponticum: Africanum: Hispaniensem diuersa quenqꝫ apparatu ⁊ instrumento. ¶ Quam tantum genuisse virum. q̄ꝫ tātum reliquisse filium quantus est Augustꝰ: quem quidē non genuit: sed sibi. adoptauit Juliꝰ Cesar. ¶ Ne foret hic igitur mortali semine natus hoc est Julius Cesar in numerum deorum fuit referendus: ne Augustus ex semine mortali natus esse videretur. ¶ Hic. Augustus. ¶ Ille Julius Cesar. ¶ Aurea Enee genitrix. pulchra Venus. ¶ Pontifici. Cesa. qui pontifex erat. Hec autē de historia sumpta fuere. Nam (vt narrat Tranquillus) cum Cesar dominatione abuteretur: regnūqꝫ affectaret: in ipsum a sexaginta ⁊ amplius fuit conspiratum C. Cassio. M. q̄ꝫ ⁊ D. Brutis principibus coniurationis. ¶ Quanta mole. quanto studio. ¶ Caput. vita Cesaris. ¶ De Dardanio Julo. Enee filio: a quo gens Julia originē duxit. vt Vergilius quoqꝫ testatur. Julius a magno demissum nomen Julo. Julius autem Cesar de gente Julia solꝰ restabat Sane Julus απο τον ουλον: hoc est a prima lanuginis ⁊ barbe emissione fuit appellatus.
Quinqꝫ Cesaris triumphi.
Julus.

Est etiam

Quod de Dardanio solum mihi restat Julo:
Sola ne semper ero iustis exercita curis?
Quam modo Tydide calydonia vulneret hasta.
Nunc male defense confundant menia Troie:
Que videam natum longis erroribus actum:
Jactarique freto: sedesque intrare silentum:
Bellaque cum Turno gerere: aut/si vera fatemur:
Cum Junone magis. quid nunc antiqua recordor
Damna mei generis? timor hic meminisse priorum
Non sinit. in me acui sceleratos cernitis enses:
Quos prohibete precor: facinusque repellite. neve
Cede sacerdotis flammas extinguite Veste.
Talia nequidquam toto Venus anxia celo
Verba iacit: superosque mouet: qui rumpere quanquam
Ferrea non possunt veterum decreta sororum:
Signa tamen luctus dant haud incerta futuri.
Arma ferunt inter nigras crepitantia nubes:
Terribilesque tubas/auditaque cornua celo
Premonuisse nefas: solis quoque tristis imago
Lurida sollicitis prebebat lumina terris.
Sepe faces vise mediis ardere sub astris:
Sepe inter nymbos gutte cecidere cruente:
Cerulus et vultum ferrugine lucifer atra
Sparsus erat: sparsi lunares sanguine currus.
Tristia mille locis stygius dedit omina bubo.
Mille locis lachrymauit ebur: cantusque feruntur
Auditi: sanctis et verba minantia lucis.
Victima nulla litat: magnosque instare tumultus
Fibra monet: cesumque caput reperitur in extis.
Inque foro circumque deos et templa deorum
Nocturnos vlulasse canes: vmbrasque silentum
Erravisse ferunt: motamque tremoribus vrbem.
Non tamen insidias venturaque vincere fata
Premonitus potuere deum: strictique feruntur
In templum gladij. nec enim locus vllus in vrbe
Ad facinus: diramque placet nisi curia cedem.
Tum vero cytherea manu percussit vtraque

Raph. ¶ Est etiam Julus animal multipes: parietibus adherens simile Scolopendre. Est etiam hymnus in Cererem vt Diony. scribit. Ut vero Theophrastus ait asinum quoque significat Julus. ¶ Exercita. sollicita: anxia. ¶ Tydide. Diomedis: qui Venerem Enee fauentem: ipsumque nube operientem sagitta vulnerauit. ¶ Nunc male defense. quam subaudiamus. ¶ Confundant. perturbent. ¶ Sedes silentum. inferorum. Nam Eneas duce Sibylla ad inferos descendit: vt carmine Vergiliano etiam pueris est notum. ¶ In me acui. In Julium Cesarem e sanguine meo procreatum. ¶ Cede sacerdotis. pontificis Cesaris. ¶ Flammas extinguite Veste. religionem omnem atque pietatem ne destruatis. Ad id vero alludit poeta: quod perpetuus ignis in Veste templo seruabatur. ¶ Nequidquam. frustra. Neque enim prohibere potuit: quin Julius Cesar a coniuratis trucidaretur. ¶ Superosque mouet. deos ad misericordiam commouet. ¶ Qui rumpere. quanquam ferrea. Qui quamuis inquit durissimorum leges mutare non possint: multis tamen signis declararunt hominibus se valde Cesaris cede merere. ¶ Ferrea decreta. duras et immutabiles leges. ¶ Veterum sororum. parcarum et fatorum. ¶ Signa tamen luctus. Cesaris cedem euidentibus prodigiis: que etiam enumerant: denuntiatam fuisse mortalibus aperte poeta scribit. ¶ Luctus futu. meroris toti terrarum orbi futuri propter Julij Cesaris cedem. ¶ Arma ferunt inter nigras. prodigia enumerat poeta: que ante cedem Julij Cesaris apparuisse Tranquillus quoque et Plutar. scribunt. ¶ Arma crepitantia. strepitum emittentia. ¶ Premonuisse. prenuntiasse. ¶ Nefas nefandam ac impiam Cesaris pontificis maximi cedem. ¶ Lurida lu. pallida. ¶ Sollicitis terris anxiis mortalibus nequid magne calamitatis sibi impenderet timentibus. ¶ Sepe faces vise. sepe inquit faces ardentes in celo ante cedem Julij Cesaris vise fuerunt. ¶ Sepe inter nimbos. sepe inquit sanguine pluit. ¶ Cerulus lucifer. obscurus cum alioqui nitidissimus soleat esse. ¶ Sparsus vultum. Respersum et rectum os habens. ¶ Atra ferrugine. nigro colore. ¶ Sparsi lunares sangui. currus. luna ipsa sanguineis guttis respersa videbatur. ¶ Stigius bubo. Funestus est enim auis pessimi ominis. Ea vero apparuisse portenta ait poeta quecunque maximorum malorum prenuntia solent esse. ¶ Mille locis multis in locis. Finitus est numerus pro infinito positus. ¶ Ebur eburnee deorum statue. ¶ Sanctis lucis. ex opposito et venientia subaudiantur. Sancti vero luci dicuntur qui diis consecrati cedi iure non possunt. ¶ Victima nulla litat. Nulla inquit hostia deos significat esse placatos. Id vero Cesari euenisse quo die fuit trucidatus scribit Tranquil. Nam pluribus hostiis cesis cum litare non posset: introiit curiam spreta religione. ¶ Magnos tu. magnam rerum mutationem. ¶ Instare imminere: impendere. ¶ Fibra mo. extis significant. ¶ Cesumque ca. recisum. non extis sine capite significant mortem alicui imminere. ¶ Noctur. ca. vl. nocte canes vlulatibus luporum similes voces emisisse id quod pessimum est omen. ¶ Umbrasque silentum. mortuorum animas. ¶ Motamque tremoribus vrbem. terre motu vrbem Romam fuisse concussam ait. ¶ Premonitus deum. predictionesque prodigia et portenta deorum. Leges enim fatorum ne dij quidem perrumpere possunt. Fata vero magis prouideri quam vitari possunt. ¶ Strictique ferunt in tem. gla. In curiam Pompeij: in qua senatus habebatur. Diu autem consularis coniurati vtrum illum in campo per comitia tribus ad suffragia vocantem: partibus diuisis e ponte deicerent atque exceptum trucidarent: an in sacra via vel in aditu theatri adorirentur. Postea quam vero senatus idibus martiis in curia Pompei fuit edictus facile tempus locumque prætulerunt. ¶ Tum vero cy. mulier imminenti periculo territe gestum exprimit poeta solent enim mulieres in magnis doloribus vertisque manibus

Bubo.

Sancti luci.

pectus

Pectus: et etherea molitur condere nube:
Qua prius infesto Paris est ereptus Atride.
Et diomedeos Eneas fugerat enses.
Talibus hanc genitor. sola insuperabile fatum
Nata mouere paras: intres licet ipsa sororum
Tecta trium. cernes illic molimine vasto
Ex ere et solido rerum tabularia ferro.
Que neqꝫ cōcussum celi neqꝫ fulminis iram:
Nec metuunt vllas tuta atqꝫ eterna ruinas.
Inuenies illic inclusa adamantei perenni.
Fata tui generis. Legi ipse animoqꝫ notaui:
Et referam: ne sis etiamnum ignara futuri:
Hic sua cōpleuit: pro quo cytherea laboras
Tempora: perfectis quos terre debuit annis.
Ut deus accedat celo tēplisqꝫ colatur:

¶ Augusti Cesaris laudes.

Fulmina: dij: celum: nuta Iouis astra mouentur
Cesaris Augusti numine terra mare.

Tu facies natusqꝫ suus: qui nominis heres
Impositum feret vnus onus: cesiqꝫ parentis
Nos in bella suos fortissimus vltor habebit.
Illius auspicijs obsesse menia pacem
Victa petent mutine: pharsalia sentiet illum:
Emathijqꝫ iterum madescent cede Philippi:
Et magnum siculis nomen superabitur vndis:
Romaniqꝫ ducis cōiunx Egyptia tede
Non bene fisa cadet: frustraqꝫ erit illa minata
Seruitura suo capitolia nostra canopo:
Quid tibi barbariam gētesqꝫ ab vtroqꝫ iacētes
Oceano numerum? quodcūqꝫ habitabile tellus
Sustinet: huius erit: pontus quoqꝫ seruiet illi.

Raptꝫ. ☞ pectꝰ peutere. ¶ Mo. ꝯde. pparat vt abscōdat. ¶ Qua priꝰ infe. Paris (teste Home.) cū Menelao cōgressus. ope: et auxilio Veneris: q̄ nube ipm operuit manus illiꝰ fugit. ¶ Et Diomedeos Eneos cū Diomede cōgressus facile interfectꝰ fuisset: vt est apud Ho. nisi a Venere fuisset liberatꝰ. ¶ Talibus hāc genitor. Alloqtur. ¶ Sola insuperabile factum nata mouere. Cum interrogatiōe illusionis plena hec a Ioue: Veneri dr̄. ¶ Mouere. mutare. ¶ Intres licet ipsa. tu ipsa inquit intrare potes parcarū et fatorū edes. ¶ Triū sororū. Trium parcarū: quas Erebi et noctꝫ filias Hesiodus fingit: ppter causarū obscuritatem. Pōtl lycophrō: q2 sunt inexorabiles ea rōne: q̄ Cyclopes aliiqꝫ immani crudelitate Neptuni filij vocātur. Vn̄ et parce qꝺ nemini parcāt per cōtrariū dicte. Martianꝰ capella parcas deoꝝ scribas eē ait: q̄ Iouis celestisqꝫ senatꝰ decreta pscribant. Vite aūt mortisqꝫ oiꝫ psides fingunt esse ac vitā nēdo pducere. Vn̄ lanifice sorores dicunt: Clotho: Lachesis: et Atropos. Nā Clotho fusum torquet απο του κλωθειν qꝺ est torquere dicta. Lachesis filat απο του λαγχανειν quod cuiusqꝫ vitam sortiatur. Atropos quod imutari nō potest: quin filū trūcet fuit appellata. Nā ipsa vite hūane finē iponat: necesse ē.

Tabularia. ¶ Rerū tabularia. Tabule aree (sic) quibꝰ imutabilia fatoꝝ decreta sunt incisa. ad id aūt alludere vr̄ Ouidi. qꝺ dixīmꝰ Parcas deoꝝ scribas eē q̄ Iouis et celi decreta: q̄ mutari nō pñt in tabulis habeāt descripta. Hec pro etiā fata vocant. ¶ Vasto mo. Vaste magnitudinis. ¶ Cōcussum celi. cōcussionē: est aūt tonitru piphrasis. ¶ Adamante perenni: ppetuo incorruptibili. ¶ Inclusa sculpta. incisa. ¶ Fata tui generis. Ea oia q̄ tuo gn̄i necessario sunt euētura. ¶ Et referā. pulchra phātasiā ad laudes Augusti Cesaris referēdas ingredit poeta. ¶ Hic sua cōpleuit. seriū et quinqgessimū etatis annū agēs Cesar in senatu fuit interfect. ¶ Natusqꝫ suus. Octauiꝰ quē ex bodrāte heredē Cesar reliquit et in familiā nomēqꝫ adoptauit. ¶ Impositū onus: imperij administratonē. ¶ Cesi parentis nos in bella suos: nos sibi in bellis fauētes. nā bella ciuilia quinqꝫ gessit Augustꝰ. mutinēse: philippēse: pusinū: siculū: actiacū: quoꝝ quatuor priorum initiū et cām a cede Cesaris sumpsit nihil conuenientꝰ ducēs: q̄ necē auūculi vindicare illiusqꝫ acta tueri. ¶ Illiꝰ auspicius. Illius ductu. Nā cum D. Brutus mutinā a M. Anto. obsideret: iussus est a senatu Octauius comparato exercitu p pretore preesse: et Hircio ac Pāsa ꝯsulibꝰ. D. Bruto opē ferre. ¶ Petēt pacē. querēt pacē et liberatiōnē. ¶ Pharsalia sentiet illū. Pharsalus vrbs est Thessalie: a Pharsalo acrisilij filio dicta. Vn̄ pharsalia declinat: ac p thessalia ponit: in qua bis Romani exercitus cōflixere: ducibꝰ primū Pompeio et Cesare. Dei de Octauio et Anto. cōtra Brutū et Cassium. Est enī pamphilie vrbs pharsalus. ¶ Emathij phi lippi: Macedonici. Nā philippi vrbs est macedonie: que prius crenides vocabatur: a Philippo rege cognominata. Nam crenitia a thracibus oppressis cum opem tulisset Philippus: vrbem eorū de suo nomine philippos appellauit: bellū autē philippēse inita cū M. Anto. et Lepido societate aduersus Brutū et Cassium Octauius gessit.

Pharsalia. Pharsalꝰ. Philippi.

¶ Et magnum siculis nomē: sextus Pompeius magni Pompei filius cum diu piraticam exercuisset magna classe pparata siciliam occupauit: ac sepiꝰ prelio nauali cū Augusto cōgressus victor euasit: tādem vero magna edita pugna ab Augusto superatus miltyienss aufugit. Vbi a Titio quodam fuit interfectus. Romaniqꝫ du. cum Egyp. cleopatre est periphrasis: quam M. Anto. cum duxisset vxorem Italiam inuadere tētauit: sed Augustus illis occurrens apud Actium promontorium, nauali prelio deuicit. Alexandria deinde potitus: quo Anto. cum Cleopatra confugerat: cum Anto. ipsum ad mortem adegisset: Cleopatram cum maxime cuperet ad triumphum seruare non potuit: aspidis nāqꝫ morsu ante interijt. ¶ Tede non be. fi. non bene confisa nuptijs. M. Anto. namet regnum et vitam amisit. ¶ Nostra ca. Nobis dicata. Vnde et capitolinus Iuppiter fuit appellatus. ¶ Suo ca. sibi placenti ac grato. est autem canopus vrbs Egypti a Canopo nauis Vlyssis gubernatore cognominata. ¶ Ab vtroqꝫ oceano. orientali et occidentali. predicit autem Veneri Iuppiter Augustum Cesarem totius orbis terrarum imperio potiturum.

Sex. Pōpeius. Canopus

☞ ¶ Pace

Raph. ☞ ¶ Pace da. ter. sibi. vt trãquillus narrat. Augustus pleraq; pessimi exẽpli correxit: que in pnicie publicã: aut ex cõsuetudine licẽtiaq; bellorũ ciuiliũ durauerant: aut per pacẽ etiã exiterãt. Leges preterea retractauit: & quasdam ex integro sanxit: vt sumptuariam: de adulterijs & de pudicitia, & de maritãdis ordinib⁹

tori Augusto gerit. ¶ Sic magnis cedit titulis. Julium Cesarem gaudere se rerum gestorum magnitudinẽ a filio Augusto superari accõmodatissimis probat exemplis poeta. Notus est autem: q vt hoc loco exponi debeat Agamemnonem cuius ductu Troia fuit euersa: multo q Atreus pater maiora gessisse: necnon Theseum, atq; Achillẽ parentes suos Egeum et Peleum virtute, et rebus gestis longe superasse.

Tiberius ¶ Prolẽ san. d. e. cõ. na. tiberiũ dicit. qui ex liuia nat⁹ ab Augusto adoptatus ex dimidia sex tãteq; & noie heres fuit relictus. ¶ Curasq;. imperij administratione. ¶ Nec nisi cũ se. vi. & lxx. etatis ãno Aug. vitam in oculis Liuie expirauit. In numerum etiam deorum illum fuisse receptũ poeta ait. ¶ Similes an. Epitheton est annorum propriũ. Nihil enim est sibi similius annis q semp in se reuertunt. ¶ Cogna. si. Ad Romuli & Ce. stellas ascendet. ¶ Hãc anĩte. hortatur Venerẽ Juppiter: vt Julij Ces. animã in stellam cõmutet: qd quidẽ idcirco fingit: q ludis quos illi primo consecratos heres Augu. edebat: stella crinita per septem cõtinuos dies fulsit: exoriens circa. xj. horã. creditumq; est esse animã Cesa. in celũ recepti. Et hac de causa simulacro ei⁹ in vertice addit Cometes. qui vt scri. Pli. in vno toti⁹ orbis loco colit Rome admodũ fausti⁹ diuo Augu. qui his verbis suum gaudium pdidit. His ipsis ludoꝝ meorũ diebus sydus crinitum per septẽ dies in regione celi sub septẽtrionibus est cõspectum. id oriebatur circa vndecimã horã diei: clarũq; & omnibus terris conspicuum fuit. Eo significari vulgus credidit Cesaris animam inter deorum immortaliũ numina receptã: quo nomine id insigne simulacro capitis eius: quod mox in foro consecrauimus adiectum est. ¶ Jubar. stellaꝝ. ¶ Ab excelsa ede. ab alto celo. ¶ Numen capere. diuinitatem contrahere. ¶ Flammiferum crinem. comete exprimit definitionem. cometes enim stella est crinita. ¶ Micat. splendet. ¶ Hic sua preferri. Quia inquit Augustus vetet sua gesta referri meritis Julij Cesaris sui parentis: fama illum tamen anteponit inuitum: atq; in hoc vno populi iudicio Augusti sententie repugnat. ¶ Una in parte. in hac parte. In reliquis enim morem imperatori

Pace data terris animum ad ciuilia vertet
Jura suum: legesq; feret iustissimus auctor:
Exemploq; suo mores reget: inq; futuri
Temporis etatem venturorũq; nepotum
Prospiciens: prolem sancta de coniuge natam
Ferre simul nomenq; suũ: curasq; iubebit.
Nec nisi cum senior similes equauerit annos:
Ethereas sedes cognataq; sydera tanget.
Hanc animam interea ceso de corpore raptam
Fac iubar: vt semper capitolia nostra, forũq;
Diuus ab excelsa prospectet Julius ede.
Vix ea fatus erat: media cum sede senatus
Constitit alma Venus nulli cernenda: suiq;
Cesaris eripuit membris: nec in aera solui
Passa recẽtem animam celestibus intulit astris:
Dumq; tulit lucem capere atq; ignescere sensit:
Emisitq; sinu: simul euolat altius illa:
Flammiferumq; trahens spatioso limite crinem
Stella micat: natiq; videns benefacta fatetur
Esse suis maiora: & vinci gaudet ab illo.
Hic sua preferri quãq; vetat acta parentis:
Libera fama tamen nullisq; obnoxia iussis
Inuitum prefert: vnaq; in parte repugnat.
Sic magnis cedit titulis Agamemnonis atreus:
Egea sic Theseus: sic Pelea vincit Achilles.
Deniq; vt exemplis ipsos equantibus vtar:
Sic & Saturnus minor est Joue. Juppiter arces
Temperat ethereas: & mundi regna triformis.
Terra sub Augusto est. pater est & rector vterq;.
Dij pcor Enee comites: quibus ensis & ignis
Cesserũt: dijq; indigetes genitorq; Quirine
Urbis: & inuicti genitor Gradiue Quirini:

¶ Deniq; vt exemplis. tria que adduxit exempla Ouid. virorum quidem prestantissimorum fuere: sed Julio & Aug. Cesaribus qui in numerum deorum relati fuere: accõmodata minus esse vident: eoq; deorum exemplis illud idem poeta demõstrat. ¶ Exemplis ipsos equãtibus. Equalibus ipsis Julio & Aug. Cesaribus. ¶ Tẽperat. moderatur & regit. Hoc autẽ eo spectat: vt ostendat poeta se merito Augustum Joui comparasse. ¶ Arces Ethere. celũ. ¶ Mundi triformis. ex celo ethere et aere constantis. Horum enim regnum Joui attribuit poeta. Terraꝝ autem sub Augusti imperio eẽ ait. ¶ Pater est & rector vterq;. Juppiter et Augustus. Juppiter quidem superioꝝ mundi partium: Augustus vero inferiorum terre, marisq;. Sic Vergilius in Augusti gloriam. Nocte pluit tota redeũt spectacula mane. Diuisum imperiũ cũ Joue Cesar hz. ¶ Dij precor Enee comites. deos penates Vestamq; & Romulũ & Martem: Apollinem & Jouem: aliosq; precatur poeta: vt diu August⁹ in terris maneat. sero autem in celum recipiat. Sic & Hora. in. j. carminũ lib. Serus in celum redeas: diuq; letus intersis populo Quirini. ¶ Dij comites Enee. Periphrasis est penatum deorum: quorum ope. Eneas ex hostium ensibus & Troie incẽdio fuit liberatus. ¶ Dijq; indigetes. Qui ex hominibus dij sunt effecti indigetes a Latinis fuerunt vocati. videtur autem poeta inuocare Eneã quem paulo ante in deum indigetem mutatũ fuisse scripsit. ¶ Genitorq; Quirine vrbis. Romulum. qui & Quirinus fuit appellatus: vrbis Rome fuisse conditorem: ne admonendum est quidem: cum sit vulgatissimũ. ¶ Et inuicti genitor gradiue Quirini. Indigetes dij.

Vestaqꝫ Cesareos inter sacrata penates:
Et cum Cesarea tu Phebe domestice Vesta:
Quisqꝫ tenes altus Tarpeias Juppiter arces.
Quosqꝫ alios vati fas appellare piumqꝫ est.
Tarda sit illa dies: ꝛ nostro serior euo:
Qua caput Augustum/quē tēperat: orbe relicto
Accedat celo: faueatqꝫ precantibus absens.

¶ Operis commendatio.
Non Jouis ira: imbres: Mars: ferrum: flamma: senectus:
Hoc opus vnda: lues: turbo: venena ruent.

¶ Jāqꝫ opꝰ exegi: quod nec Jouis ira: nec ignes:
Nec poterit ferrum/nec edax abolere vetustas.
Cum volet illa dies/que nil nisi corporis huius
Jus habet: incerti spatium mihi finiat eui.
Parte tamen meliore mei super alta perennis
Astra ferar. nomenqꝫ erit indelebile nostrum.
Quaqꝫ patet domitis Romana potentia terris
Ore legar populi: perqꝫ omnia secula fama:
Si quid habent veri vatum presagia viuam:

¶ De Musa ꝛ Antistite Maiano.
Musa dedit cursum: Antistes tulit ipse salutem
Quid maius? cursu maior vbiqꝫ salus.

¶ P. Ouidij Nasonis Metamorpho-
seos finis.

f.xpp. Trini. Ex Marte qui ꝛ gradiuus dicitur. Romulum natum esse pauloante scripsit poeta. ¶ Vestaqꝫ Cesareos. Tēplū dee Veste in palatio erat vbi habitabāt Imperatores. ¶ Phebe domestice. Ut scribit Tranquillus Apollinis tēplū in ea pte Palatine domus excitauit Augustus: quā fulmie ictā desiderati adeo haruspices pnunciarūt: addita porticū bibliotheca Greca ꝛ Latina. ¶ Quisqꝫ tenes altꝰ Tarpeias Juppiter arces. Altus qdem legit in aibus q̄ mihi videre contingit exēplaribꝰ. Sed latiꝰ magis sensui poeteqꝫ eruditioni cōuenire videt. Nā latialis Jupiter in capitolio colebatur. ¶ Quosqꝫ alios vati. Oēs deos in hoīes beneficos cōplectit hoc sīu poeta. ¶ Qua caput Augustū: hoc est q̄ Augustus in sedes deorū celeste: orbe terrarū quem gubernat relicto trāsferatur. ¶ Absens in celum receptus. Tunc em̄ presens supplicibꝰ fauebat. Optat autem poeta: vt diutissime viuat Augustus presensqꝫ Romanis opituletur. ¶ Jāqꝫ opus exegi. Moris est fere poetarū: vt in suorum operū fine aliquid de se dicant sic. Vergilius quartum georgico. concludit. Hec super aruorum cultu pecorumqꝫ canebam. Et super arboribus Cesar cum magnus: ꝛ altū Fulminat Euphratē. Hanc cōsuetudinē Ouidius in fine opis imitatus non nulla in commendationem operis sui ait. Sic Horatius. Exegi monumētū ere perēnius: Regaliqꝫ situ pyramidum altius. Quod nō imber edax: non aquilo impotens possit diruere: aut innumerabilis annorū series ꝛ fuga tēporū. Verissimus autē fuit vates Ouidius. cum enim hactenus tot bellorum incendiis: quibus priora secula arserunt: absumptum nō fuerit. Vero simillimū est tam facilē presertim describēdi libros/arte excogitata semp eē duraturum: ac elegantissimo cuiqꝫ ingenio maxime voluptati futurū. Quāti vero hoc corpꝰ faceret poeta hinc facile appareat. quod nulla vi ipsum vnq̄ interiturum sibi persuasit. ¶ Exegi. pfeci. ¶ Jouis ira: aspa tēpestas: fulmē. ¶ Edax: vetustas. Oia rodens ꝛ corrūpēs. ¶ Abolere: delere. adnihilū redigere. ¶ Cū volet: illa dies. De morte se nihil curare ait quando suum et opus et nomen immortalē sit futurū. ¶ Parte tamē meliore mei. Ingenio quo nihil melius contingere homini potest. Nam vt Cicero in Bruto scribit. hominis decus ē ingeniū. Ingenij vo ipiꝰ eloquētia. ¶ Perennis: immortalis: ac p oēs annos duraturꝰ. ¶ Indelebile: icorruptibile: imortale. ¶ Quaqꝫ patet domitis: per totū orbē terrarum suum opus lectum iri colligit: cum illo tempore totus orbis Augusto pareret: ac vbiqꝫ latina lingua in vsu esset. ¶ Vatum presagia. Poetarum diuinationes.

¶ Enarrationum Raphaelis Regij Finis.

¶ Lugduni in officina Joannis Crespini expensis
honesti viri Guilelmi Boulle.

¶ Registrum.

A/a/b/c/d/dd/e/f/g/h/i/k/l/ll/m/n/o/p/q/r/s. A duernio est/ꝛ s ternio:
h/i/k/sunt sexterniones. Reliqui vero quaterniones.

¶ RAPHAEL Regius Paulo Cornelio patritio. V. Doctissimo Sapientissimoqꝫ Sena. felicitatem.

EX relectiõe mearū in Ouidij Metamorphosin enarrationū: quas Octauianꝰ q̄dā scota primū impressit: deprehēdi ꝙ plurima ⁊ fedissime. q̄dē/siue librarioꝝ incuria: siue inuidoꝝ quorūdā cõspiratiõe. siue potiꝰ vtroqꝫ fuisse deprauata/ ⁊ me quoqꝫ dū librarijs ipsis ad finē ꝓperātibꝰ morē gerere ꝙ ꝓcipiēti Horatio: vt si q̄d scribimꝰ in aliq̄d tp̄s reponat nõnūꝙ ꝓmat in annū: parere malo: in q̄busdā lapsū esse aiaduerti. Que quidē nisi in hac secūda editione correxissem: ⁊ de studijs male meritus essem: ⁊ istis vitiligatoribus: q̄ vel ea q̄ recta sunt: dānare solēt: ansā maximā in me debaccādi ꝓbuisse videri possem. Nūc ꝟo cū ea q̄ cū festinatione: tū istoꝝ malignitate deprauata esse in trāscursu cognoui: emendari: et bonemētis iuuenibꝰ optime ꝯsuluisse: ⁊ os istis obtrectatoribꝰ ita videor obstruxisse: vt Cerberi more vanos dūtaxat latratꝰ in auras rabiē suā indicātes edere possint. Quis eñ nisi impudēs: vanusqꝫ nebulo illiꝰ opis: q̄d me ⁊ inscio ⁊ inuito citra vllā castigationē meā sit editū: errores quos vel in prima editiõe emādaturꝰ: si licuisset: erā. Ut Ouidij carmē istis obijcere moliar: ⁊ in secūda correxi: mihi duxerit imputādos? Neqꝫ ignoro nõnulla in hac quoqꝫ scd̄a editiõe ⁊ noui istiꝰ artificij difficultate ⁊ librarioꝝ incuria admissa deprehēsum iri: sed illa tū leuia tū q̄ facile vnusquisqꝫ vel mediocriter doctꝰ citra vllā admonitionē possit emēdare. Que q̄dē notatu digna istis nebulonibꝰ malignis facile videbūtur: q̄ tāetsi nihil eximioꝝ opeꝝ citra alienas expositiões ꝑcipiant: ꝑlegere ne audiāt: nūꝙ tñ ꝑ quos ꝓficiūt: lacerare desistūt. Sed vt q̄ miliū semināt passerculos cõtēnere in trito est ꝓuerbio. Sic ego vanas istoꝝ voculas: dū ꝓbis doctisqꝫ hoc est tui silibꝰ: Paule Corneli placeā: floccifacere cõsueui. Tu nāqꝫ illa es ⁊ modestia ⁊ doctrina: vt q̄ bñ scribūtur: ingenue cõmēdes. Que ꝟo festinatiõe librariorūue incuria peccātur: illa benigne excuses. Qui eñ plerisqꝫ in locis nõ sentit librarios esse hallucinatos: is nõ minus indignꝰ est: q̄ nr̄is lucubrationibus iuuetur: ꝙ q̄ peruersi illos errores malignitate quorūdā inuidoꝝ in prima editiõe admissos in me putat esse regerēdos. Quāobrē etiā si istiusmodi librarioꝝ errata nõ corrigātur: nihilominus tñ ⁊ tuo ⁊ tui similiū perꝙ acri synceroqꝫ iudicio me aduersus istos obtrectatores tutum esse cognosco. Vale Eximium Corneliȩ gentis ornamentum.

¶ Ad lectorem.

¶ Accipe studiose lector integras Raphaelis Regij in Ouidij Metamorphosin enarrationes: ac in Quintiliani oratoriā institutionē eiusdē annotationes: q̄ iterū diligētissime impressimus. ceperunt: si potes expecta. Que nāqꝫ superiore anno ꝑfidia cuiusdā librarij me inscio emisse fuerūt: in plerisqꝫ mõ in locis quorūdā inuidoꝝ ꝯspiratiõe fedissime deprauate fuerūt. Verū ꝑfatiõe quoqꝫ indice. Vita poete. iis q̄ προλεγομενα Greci vocāt: ⁊ vltimi quaternionis expositionibꝰ mihi cõpositis fraudate circūferūtur. Librariꝰ eñ ille eoꝝ sibi cõscius: q̄ deprauarat: noluit tātisper expectare/ dū totū opꝰ relegerē atqꝫ castigarē. Sed quēdā si nõ malignū: fatuū certe ⁊ ineruditū induxit: q̄ meas enarratiões suarū ineptiarū appositiõe inq̄naret. Quod q̄dē cū resciuissem: pluresqꝫ errores ꝙ verba in illiꝰ expositionibꝰ nomini meo ascriptis inesse deprehēdissem: ⁊ librariū ipsū falsi reum egi: ⁊ enarratiões diligentissime emēdatas iterum imprimēdas curaui. Quare in his quoqꝫ inuenies eadē aliqua: multa mutata: plurima adiecta: oīa ꝟo cõpositiora: ⁊ ꝙ nos potuimꝰ emēdata. Ceterū candide lector caue ne in emēdis quoqꝫ nostris in Quinti. annotationibꝰ decipiaris: q̄ eiusdem imperiti ineptijs fedate citra vllā prefationē nostrā venales circūuehuntur.

¶ Peregrinus Solarus reuerēdo domino Pascasio Belliardo Canonico Parmensi: ⁊ Protonotario apostolico bene agere.

NAtura nos oīm doctissime Pascasi: plasmauit differētes a statu ferarū: vt sublimiora cõtēplaremur: ne siles earū cerneremur: q̄ solo pascēdi appetitu ferunt. Deīde vt gloriā assidue ꝟtute q̄reremꝰ: q̄ vti Socrates ad dñicū inquit monimē ημινσιγγυρασηνι. cuiꝰ si q̄s bona sibi cõparauit eternū se opinari dz. Nõne hactenus/ q̄ iā ꝑ tot secula in oīm ore versatꝰ viuit homerꝰ? Nõne etiā Maro/ q̄ donec humanū genꝰ orbisqꝫ machina maneat: haud minꝰ/ ꝙ solis radijs/ ꝙ Phebes lumina [illegible] cētū [illegible]derit. Nõne demosthenis, enthes/ ⁊ Ciceronis eloquētia/ hucusqꝫ adeo viget. [illegible] si exēpla priscoꝝ/ ⁊ monūmēta ꝑcursare vellemus. Quis hoīm (vel si cētū haberet Homeri/ Tullijqꝫ linguas) es narrare posset. Ueꝝ vnicū huiꝰ exēplū ꝑn̄tis [illegible] satis ꝓsequamur: cuiꝰ infelicitas ꝑ terre sinꝰ/ ꝑ maris fluctus/ ꝑ celi climata/ eiusdē nomē nobis imortale fecit. [illegible] opꝰ in hos infernis fõt fabulis ex intima latitudine ⁊ sophie: ⁊ ingenij veriores/ vipote sensus diuinitꝰ edere visus est. Cū queqꝫ huic fictio penitꝰ opi adnotatiões auro scribēdas ꝓferre videat. Sic ideo bonis o macte animi Metamorphosim mõ impressam: nec solo carmine atqꝫ interprete. sed imaginibus ⁊ deoꝝ ⁊ mortaliū/ ferarū/ aliarūqꝫ multarū figuras stellarū intuearis/ quarū aspectu hilaritatem animi adolescētes/ oēsqꝫ alij capescēt. Ita cū imposueris interuallū iā tuis fesso negotijs aīo: ⁊ cū alio eris otio iratio vacuꝰ. Tūc eūdē accipere in manibꝰ poteris: vt lassum longe ingentū. ⁊ mēbra resoueas eius salibꝰ ⁊ iocis vtqꝫ merori: quē ex morte Pij tertij põtifici cui eras charissimꝰ. Secretariꝰ aliquos lenimentū nõ solū aīo ex doctrina. ⁊ dulcedine poete verūetiā oblectamenta exhibeas e pictura. Hec satis q̄tū ad ingenij virilitatē nostri. Ad tuā ꝟo dignitatē satis nūꝙ. Sed tu reuerēde cū reuerēdissime grāmaticā: nec greca nec latina patiatur vt ꝙ optime nosti: ⁊ tu a nobis accipe quod dari potest. Vale felicissime.

¶ Finis.

qua nobilitas in sanguine ...
decenas [illegible]

Gabriel Pizarro
de hinojosa

[illegible]

[illegible]

[illegible]

54

OVIDIO.

METAMORFOSIS

184